



000.

879. 39

*Quod DEUS benè feliciterq; vortat!*

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

# LIBELLO

vulgò

## Clage oder Claglibell.

24

*Quam*

DECERNENTE

1646/7

*Nobilissimo in hac Illustri SALANA Jctorum ORDINE,  
PRAESIDENTE.*

*VIRO Magnifico, Amplissimo atq; Consultissimo*

### DN. ERASMO Bugepauer / Jcto

& Antecessore celebratissimo, Consiliario Sax. gravissimo, Facultatis Juridicæ ORDINARIO venerando, nec non Curia Provincialis & Scabinatus Adfessore dignissimo, Præceptore suo observando, Patrono magno, Mœcenate optimo,

*Pro*

*LICENTIA, NOBILEM DOCTURÆ GRADUM ejus-*

*demq; summos Honores, Privilegia & Insignia in UTROq;*

*JURE ritè ac solenniter consequendi,*

*Publicæ placidæq; Eruditorum Censuræ submitte*

### CHRISTIANUS NICOLAI

DRESDA MISNICUS

*In Auditorio Jctorum*

*ad diem 9 Octobr. horis consuetis.*

Typis heredum ERNESTI STEINMANNI,

Anno clc lxx xlvi.





V I R I S

*Reverendâ dignitate, Magnificâ auctoritate, Consul-*  
*tissimâ scientiâ & Prudentiâ incomparabili*  
*maximè conspicuis*

DN. JOHANNI GEORGIO Oppeln/ Jcto & Hæreditario in Lomniß re.  
Serenissimo Electori Saxonæ à Consiliis intimis.

DN. CONRADO CARPZOVIO Jcto, Comiti Palatino Cæsar.  
atq; Reverendisimi ac Illustris. ARCHIEPISCOPI Magdeburg.  
CANCELLARIO eminentissimo.

DN. GÜNTHERO HENRICO PLATNERO, Jcto, & Aulæ  
Vinariensis Consiliario Saxonico gravisimo.

DN. RUDOLPHO WILHELMO Krauß/ Jcto, Aulæ itidem  
Vinariens. Consiliario, Professori in hac Salana Publ. celebratis-  
simo, Curia Provincial. Scabinat. & Facultatis Juri-  
dicæ Assessori laudatissimo.

NEC NON VIRIS

*Amplissimis, Consultissimis atq; Excellentissimis*

DN. MAGNO Löbzeltern/ } Jctis, Illi Appellationum, huic ad  
DN. ALEXANDRO FABRO, } } causas Juliacas præfati Serenissimi  
Ele. Sax. Consiliariis meritissimis.

UT ET VIRIS

*Prudentissimis, Clarissimis ac Integerrimis*

DN. VITO HEYMANNO, } Illi Consuli, huic Sena-  
DN. CAROLO FRIDERICO HEYMANNO, } } tori Reipubl. Dresd. di-  
gnissimis.

*Dominis, Patronis, Promotoribus, respectivè Affinibus &*  
*Fautoribus suis perpetuâ obsequii, reverentia, observantia atq;*  
*officii promptitudine æviternam prosequendis*

Hanc Disputationem INAUGURALEM, in de-  
voti animi indicium, ulteriorem sui recommen-

dationem ac perennantem favorem

submissè, veneranter & officiosè

offert, dedicat, consecrat.

A U T O R.



Σὺν τῷ Θεῷ μεγάλῃ.

DISPUTATIONIS INAUGURALIS

DE

LIBELLO

*Anteloquium.*

**S** In omnibus omninò rebus CLO-  
THO reverenter habenda: maximè et-  
iam in Judiciis persequendis ea erit ob-  
servanda, a) ut lites scilicet suo Marte &  
ordine currant, & à principio per media  
quædam ad sententiâ perveniatur, adtestantibus Impp.  
SEVERO & ANTONINO. b) Atq; hoc ipsum non im-  
meritò. Nihil enim in rerum natura est, in quo ordo  
locum non habeat, teste ARISTOTELE; c) imò alibi O-  
raculum illud Philosophorum in hæc verba erumpit,  
ordinationem ex natura; inordinationem verò ejus-  
dem esse depravationem. d) Quam ultimam præpri-  
mis à POLITIA exulare voluit inclytus Justinianus, e)  
utpote nil quicquam inordinatum ibidem existere de-  
bere cupiens. Quare & circa Processum Juris ordinem  
observari jussit, in tantum, ut sententia citra eum lata,  
rei vim judicata minimè obtineret. f) Is autem ordo  
notanter nobis juxta alios, præfigitur à Præstantissi-  
mo Jctorum PETRO GREGORIO THOLOSANO, g)  
ut vocatione in Jus sive citatione factâ porrigatur vel  
proponatur Libellus, recusatio Judicis, dilationes ex-  
ceptiones &c. sequantur. Quis igitur monita & summi  
Philosophi & Sacratissimi Imperatoris & deniq; Claris-  
simi Jcti floccifaceret? Nemo sanè sanus; & multò mi-  
nus, qui animum suum aliquando est applicaturus ad

A 2

Praxin

a) Petr. Greg. Tho-  
los. in præ-  
jud. opt.  
Jcti lib. 24  
c. 26. & lib.  
5. c. 11.  
b) in l. 1. & 3  
C de exe-  
cut. rei jud.  
c) lib. 8.  
Phys. c. 1.  
d) in Probl.  
sect. 9. qu.  
38.  
e) Nov. 1. c.  
1. §. 1.  
f) l. 4. C. de  
sent. & in-  
terloc.  
g) d. c. 11.  
nu 8.



Praxin, scientiam illam digestivam, uti vocatur ab Excellentissimo illo Politico REINKINGIO. h) Nam in scholis leges diglutiuntur, in praxi & Palatiis digeruntur. Hinc verum est illud Doctorum effatum, quod legalis & rationalis subtilitas à praxi non abhorreat, in qua nihil haberi censetur, de quo in lege non caveatur, ut secundum BALDUM testatur NICOLAUS EUERHARDUS in Topicis. i) Sed quid multis? Experientia tanquam optima rerum Magistra nobis cottidiè ante oculos ponit Rabulas illos forenses, (si forenses dicere licet, quos foro severissimè prohibuit modernus SERENISSIMUS ELECTOR SAXONIÆ JOH. GEORGIUS, Dominus meus clementissimus, k) vivos testes, quàm MANCA ET MUTILA SIT PRAXIS ABSQ; THEORIA ET HÆC SINE ILLA. Conjungendæ itaq; semper erunt in stadio Juris, quò id tandem decurrere feliciter valeamus. Quæ prædicta omnia cum ita sint, non abs re facturi videmur, si præsentem Libellorum materiam, à QUÀ ORDINARIUS PROCESSUS UNICE DEPENDET, ET IN QUÀ MAXIMA, ac penè dixerim, OMNIS JUDICIORUM VIS POSITA EST ATQ; COLLOCATA, l) methodicè in 4. membris & 28. §§. comprehensam explicaverimus. Antequam autem rem ipsam aggrediamur DIVINUM, sine quo sapere, desipere est, uti censet Patrum religiosissimus AUGUSTINUS, m) imploramus auxilium, INDIVIDUÆQ; TRINITATIS suffragium devotissimè & quàm calidissimè invocamus, ut hisce conatibus nostris sit præsens & adjutorium nostrum.

MEM.

h) de R. S. & E. lib. 2. class. 2. c. 11. n. 67.

i) in loc. à lege cess.

k) in ord. Proc. Jud. tit. 3.

l) Hillig. ad Don. En. 23. c. 3. lit. E.

m) in c. 5. medit. in pr.



MEMBRUM PRIMUM.

Membr 1o

DE

Premissis Libelli, ejusdem Notatione, significatione, definitione & divisione.

THESIS I.

In Processu, (a) qui a Dd. FORMALE JU- Præmissa Libelli. DICII merito deprædicatur, (b) quædam præcedunt judicium, (c) quædam in ipso fiunt, (d) quædam deniq; sequuntur. (e) Quæ præcedunt & præparatoria (f) appellantur vel substantialia (g) sunt, vel accidentalia & incidentia. (h)

- (a) Cujus primam † Ideam actis Paradisi Gen. 3. ferunt acceptam; c. serpens 47. de pœnit. † Elaborationem, Meo & Tuo, uti secundum Senec. testatur Durandus in proœm. Speculi sui aur. n. 24. 25. Definitur autem processus, Ordo † five modus procedendi in cognoscendis decidendisq; causis forensibus §. pen. Inst. de satisdat. Lag. in method. Jur. Civ. part. 5. c. 1. n. 2. Et est vel † Ordinarius, solennis atq; plenarius; vel † Extraordinarius, minus solennis & summarius. Robert. Marant. in Spec. Aur. part. 4. dist. 9. n. 1. & Rosbach. in Prax. Civ. tit. 21. n. 1. & seqq.
- (b) Videl. a Marant. † in d. Spec. Aur. part. 2. n. 22 cum seqq. & Hillig. † in Not. ad Donell. lib. 17. cap. 3. lit. E. Quibus quàm proximè accedit Nob. & Ampl. Dn. Ludwell. † Jctus accuratissimus, Professor Altdorphinus celebratiss Præceptor atq; Patronus meus nunquam non sanctè venerandus in Proc. Jud. c. 1. circa fin. ubi ad Judicii materiale † non inconcinne refert rem controversam & personas illam controvertentes atq; decidentes, nec nō actiones & exceptiones in Judicium deductas, Idem in D. Pand. 21. §. 6. Res controversa † ut plurimum de facto est, nonnunquam etiam de Jure, † sed quatenus illud facto accommodandum venit. Factum † autem varium est & incertum, nec ad

A 3 certa



13. certa genera † facile revocari potest. *Umm. ad Proceß. Judic. D. 1.*
14. *th. 3.* Personæ vel sunt Principales, † ut Judex, Actor & Reus: sine his enim nullum iudicium datur *arg. c. forus 10. versic. in omni ext. de V.S. Umm. d. loc. n. 17.* vel Accessoria, † ut Assessores
15. † qui consultandi, & Tabelliones † atq; Viatores, qui instruendi iudicii causâ accedunt. *Vult. lib. 2. J. R. c. 1. n. 45. & seqq. adde Umm. d. loc. n. 16.*
16. 17.
18. (c) De quibus agunt *verba fin. † huius th. ut & th. seq. 2.*
19. (d) Et hæc vel substantialia † sunt: ut Litis contestatio, Libelli oblata repetitio, ad eundem Responsio, Probatio,
20. causæ Conclusio & Sententia; vel accidentalia, † eaq; præcipua, † ut Juramentum calumniæ & jusjurandum in litem.
21. Prælaudatus *Dn. Ludwell. in D. Pand 27. th. 1. & seqq.*
22. (e) Ut sunt Nullitas, † Appellatio, Supplicatio (cui de
23. Jure Sax. affinis est Leuteratio, † sive declaratio sententiæ &
24. Ober-vel Superleuteratio † *Const. Elect. Aug. 19. in part. 1. Ord. Proc. Jud. moderni Serenissimi Elect. Saxonie Joh. Georgii tit. 35. §. Diereil aber etc. Magnificus Dn. Benedictus Carpzov. † Jctorum Saxonie. Phoenix in Disp. de Jure ac Priv. Duc. & Elect. Sax. de non appell.*
25. *c. 3. thes. 43. 44. & 45. de Jure verò Camerali, † Revisio, † part. 3. tit. 53. von Revision und Besichtigung der Acten Gail. 1. obs. 53. n. 1.) Restitutio † in integrum & rei judicatæ † Executio.*
26. 27. 28. 29.
30. (f) Quæ fiunt usq; † ad Litis contestationem *Vult. lib. 2.*
31. *J. R. c. 27. à qua tunc demum † Iudicium incipere de Jure Civ. verius est per l. 1. C. de lit. contest. & l. amplius is ff. rat. rem hab. Treutl. vol. 1. D. 12. thes. 2. lit. A. Fachin. lib. 11. controv. cap. 81. Gail. 1. obs. 74.*
32. (g) *Dn. Ludwell. † d. D. 26. th. 3. adde th. seq.*
33. (h) Præparatoriorum † Iudicii accidentalia præcipua † sunt Contumacia, Dilatio, Feriæ, Satisfactio, Libelli oblata mutatio & Reconventio. *Dn. Ludwell. d. D. 26. th. 22. & seqq. Quæ cum nobis principaliter, † excepto pen. nihil negotii hic faciunt, merito missa relinquimus.*
- 34.

Th. II.

SUBSTANTIALIA (a) sunt actionis Editio  
tio



tio sive Libelli oblatio (b) & Citatio; (c) quæ necessariò præsupponunt, Processum per Libellum actionis & meritorum statim, aut per Libellum supplicem (d) (nostri Supplicationem vocant) (e) esse impetratum.

(a) Exinde scilicet ita dicta, † quoniam ad Judicii constitutionem necessitate absolutâ requiruntur, & nisi fiant, Judicium nullum † reddatur. *Vult. d. lib. 2. §. R. c. 27.* 1.

(b) Actionis Editio sive Libelli oblatio † (synonyma enim † hæc duo sunt) hodiè est querela Judici † pro tribunali sedenti exposita cum narratione controversiæ, in eum finem, ut sibi citatio & processus necessarii decernantur. Dico, † hodiè, quia Jure Veteri actionis Editio non Judici fiebat, sed ipsi Reo, nihilq; aliud † erat, quàm declaratio, quâ actione aut ex qua Edicti parte quis acturus esset, ut nimirum Reus † secum deliberare posset, contendere vellet an cedere. *Vult. d. c. 26. & 27. & Dn. Ludwell. in proc. jud. d. c. 6.* Quæ desiderii expositio † (intelligo namq; Processum judicarium novum) alterutro horum modorum, qui mox in hac th. lit. D. sequentur, facta censetur. *Vult. d. c. 27.* 2.  
3.  
4. 5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.

(c) De citatione † ejusq; requisitis vide *Trentl. d. D. 4. th. 2. lit. D. & seqq. Rosbach. in Prax. Civ. tit. 22. usq; ad tit. 28. Umm. D. 5. th. 4. & seqq. Vult. d. lib. 2. §. R. c. 28. aliosq; Pragmaticos.* 11.

(d) Uti illum Libellum † appellat *Vult. d. c. 27.* quoniam absq; citationis & processus petitione ipsa actio protinus introducitur; hunc verò † Libellum citationis (fortè quod citationem causetur) aliorumque Processum. Hinc duæ notandæ † Regulæ: Prior; † admittit supplicatione & libellus hunc effectum habet, ut citatio & processus decernantur; 14. 15  
Posterior; † Supplicatio † & libellus litis pendentiam inducunt, & contra Libellantem probant, quæ in istis posita reperiuntur *Wesemb. in Par. Cod. de prec. Imp. offer. n. 7.* Jure autem Civ. † Supplicatio non aliter litis pendentiam inducit, actiones temporales perpetuat & ad hæredes transmittit, quam si ipsi Principi 16. 17.  
18.  
cipi



19. 20. cipi † preces oblatae sint, isq; ad † eas rescripserit: tum enim pro  
 21. litis † contestatione sunt *l. 1. & 2. C. quand. libel. Pr. dat. lit. contest.*  
 22. *fac.* quam alias litis pendētiā † inducere & actiones omnes per-  
 petuare certum est *l. 15. ff. rat. rem hab. & l. 30. ff. de Judic.* Secus est  
 23. **de Jure Canon.** † ubi indistinctē Libellus oblatus & parti per  
 citationem insinuatus litis pendentiam inducit *c. 20. extr. de offic.*  
*& potest. Jud. deleg. & clem. 2. c. ult. tit. ut lit. pend. Wesemb. C. eod.*  
 24. *n. 2. Myns. cent. 4. obs. 26.* Et quoad hoc idem † effectus est suppli-  
 25. cationis & libelli. Verūm in eo † differentia est, quod suppli-  
 cationis post decretam & emissam citationem nulla amplius ha-  
 26. beatur ratio, nec ullus ejus supersit effectus ulterior; Libellus  
 autem † oblatus, quoad merita causae, etiam post citationem  
 nihilominus remaneat: Citato enim reo & comparente, Li-  
 27. bellus, † si antē cum citatione oblatus sit, reproducendus, ejusq;  
 28. exemplar Reo † exhibendum est, quò deliberare secum possit,  
 contendere an liti cedere velit. Unde quoad diversos effectus  
 29. † interdum citatione prior, interdum posterior est, *Vult. d. c. 27.*  
 30. (e) Huc pertinet tit. † *Cod. de prec. Imp. offer. Vide Petr.*  
 31. *Frider. † lib. 1. de process. execut. c. 2.* ubi rectē tradit differentiam  
 32. † inter supplicationem sive supplicem Libellum & Libellum  
 33. actionis ac meritorum. *Adde ordin. † Camer. part. 1. tit. 22. & Gail.*  
*1. obs. 61. n. 12.*

### Th. III.

Processu itaq; impetrato, executā citatio-  
 ne, (a) & citato comparente, (b) **LIBELLUS**  
 (c) offertur. (d)

1. (a) *Vide dicta & allegata ad th. preced. † lit. B.C. & D.*
  2. (b) Comparere dicitur, † qui se juxta citationis formam
  3. vel pro se † aliam legitimam personam, ut Procuratorem, in
  4. judicio sistit. Et regulariter † quilibet citatus comparere
  5. tenetur; quod si autem non † compareat, actor ejus contuma-
  6. ciam accusare potest. Nam pro contumace † habetur, qui legi-
- timē vocatus non venit. *Rosbach. in Prax. Civ. tit. 29. & 30. & Specul. de compet. Jud. adit. §. viso cujus 3. Idem tit. de citat. §. 1. in pr.*
- (c)



(c) Ut autem ad materiam nostram presentem propio-  
 rem faciamus accessum, sciendum est, Libellum † à Libro, <sup>Notatio li- 7.</sup>  
 cujus diminutivum est, rectius quam à Libra, † in qua ponde-  
 ratur Justitia, ut nonnulli volunt, derivari; Unde charta olim  
 † s. membranâ conficiebatur, *Specul. de lib. concept. §. 1. & Wesemb. 9.*  
*in Parat. ff. de Edend. n. 2. & generaliter omnem † scripturam 10.*  
 significat, uti colligitur ex *l. 1. in pr. ff. de tabb. exhib. l. 4. §. 1. ff. de 11.*  
*publ. & vectig. l. 6. C. de pred. minor. l. 4. C. de Judic.* Figuratè † pro  
 materia s. re, quæ eâ continetur, sumitur. Specialiter † ve-  
 rò & propriè in Jure Civ. nec non Canon. libellus pro Scriptu-  
 ra, (uti quidem Wesemb. mox cit. loc. vult) quæ actionem  
 continet, accipitur *l. 3. ff. de Accus. auth. offeratur C. de lit. contest. &*  
*6. 1. extr. de libell. oblat. Wesemb. ad d. t. ff. de edend. n. 2.*

(d) Præsupponimus enim hic, Libellum supplicem s.  
 supplicationem pro processu impetrando prius † emissam, eiq;  
 libellum actionis † minimè adnexum fuisse. Si enim hoc semel  
 † factum est, amplius fieri non debet, sed sufficit, (quò scil. ef-  
 fectum Libelli actionis & meritorum habeat,) eum in termino  
 comparitionis reproducere. *Vult. d. c. 27. Treutl. d. D. 4. th. 10. lit.*  
*A. & Dn. Carpz. ad Const. Elect. Aug. 1. part. 1. defn. 3.* Adde prædicta  
 in *th. anteced. 2. lit. D.* Offerendus itaq; à Reo † principaliter est  
 ipsi Judici Ordinario & competenti, † *Specul. in lib. 2. de Libell. 16.*  
*obl. & in lib. 4. §. restat 10. ut & §. nunc videamus 11. in fin. d. t. Job. Petr.*  
*de Ferrar. in form. Lib. act. real. §. ad evidentiam n. 7.* vel etiam † de-  
 legato & † arbitrario, *Rosbach. in Prax. Civ. tit. 33. n. 10.* (non au-  
 tem † arbitratori *Job. Petr. Ferrar. d. loc. n. 10.*) Judicis siquidem  
 officium † super petitione imploratur *l. 1. C. de edend. cujus partes 20.*  
 † sunt, ut de super rectè formet feratq; sententiam, quæ Libello  
 † conformis sit *Jas. in l. vi 22. n. 23. cum seq. ff. si cert. pot. Ferrar. d. 21.*  
*loc. n. 8. nec se extra vel † ultra actoris petita extendat l. si 4. ubi Bald. 22.*  
*C. de fideicom. libert.* Deinde etiam offertur Reo seu parti † ad-  
 versa *d. l. 1. in pr. C. de edend. & auth. offeratur C. de Lit. contest. We-*  
*semb. in Par. ff. de edend. n. 5.* ad hoc, ut ex Libello † actoris, an ce-  
 cedere liti vel contendere debeat, scire possit. *Ferrar. d. n. 8.* Id,  
 quod facilè inde Reus deprehendet, si actoris † Libellus rem &  
 causam contineat *Gloß. ind. l. 1. verb. ut proinde ff. de edend. & si 27.*

B

† con-



28. † contendendū puter, se informet ac instructus ad defendendum  
 veniat *d. l. 1. ibidemq; Gl. in verb. ad agendum & l. edita 3. C. eod. Ros-*  
 29. *bach. d. t. 33. n. 11. & 12.* ubi tria † observanda monet, 1. quod se-  
 cundum stylum Judiciorum exemplum libelli, authentico  
 30. † apud acta retento, per judicem reo communicari soleat *d. auth.*  
*offeratur & auth. Licentiam C. de Episc. & Cler. 2.* quod de consue-  
 31. tudine quorundam locorum † dictentur libelli, exceptiones, re-  
 plicæ & c. & 3. quod cum *Ang. Consil. 114.* Libellus semper † ju-  
 32. xta stylum Curia formandus. De quibus procul dubio infra di-  
 cendi occasio erit commodior.

Th. IV.

Significatio est vel Homonymiæ (a) vel Syn-  
 onymia: (b)

1. Homo (a) Homonymia igitur diversa † Libelli genera indi-  
 2. nyma cat; Sumitur enim I. pro parvo † Libello, Klein Büchlein/vel  
 libelli, Codicillo *l. 1. in pr. ff. de tabb. exhib. c. 2. in pr. extr. de sum. Trinitas.*  
 3. II. pro pane azymo † seu albo & subcineritio *l. judicis 9. C. de E-*  
 4. *pisc. aud. ibiq; Gl. lit. C.* In Sacro † Codice idiomatis German. apud  
 Jerem. *c. 37. vers. ult.* legitur ein Leiblein oder Lâblin Brots/Nori-  
 5. 6. ci † efferunt Lâble/ quæ torta † panis (uti in Latinis Exemplar. in-  
 7. d. vers. ult. appellatur) erat † Prophetæ Jeremiæ cibus sive victus  
 in Carcere quotidianus. *vide Crell. & Fessel. in Concord. Bibl. III. pro*  
 8. † petitione sive precibus Principi oblati *l. 1. & 2. C. quando Libell.*  
*Pr l. 32. §. cum quidam 14 ff. de re. ept. qui arb.* Et hujusmodi Libel-  
 9. los supplices offerentes hinc inde à Patribus † Libellatici vo-  
 cantur, uti videre est in *Epist. Divi Cypriani 52. n. 39. & in annotat.*  
*Jacobi Pamelii ad d. n. 39 adde & ibidem notata ad eund. n. 39. Si-*  
 10. *monis Goulartii,* ubi varia Libellaticorum genera recenset.  
 11. 12. IV. pro † Scriptura recusationis *l. apertissimi C. de judic. V. pro Scri-*  
 ptura † appellationis *l. 1. §. fin. ff. de appellat. VI. pro † Scriptura, quâ*  
 13. *lib. II. dimiss.* VII. pro Scriptura, quam Vir † mittit uxori, quam re-  
 pudiat, *extr. in proem. Decretal. & c. non satis in fin. caus. 34. q. 2.*  
 14. IIX. pro Scriptura † infamatoria *l. unic. C. de famos. libell. & caus. 5.*  
 q. 1.



q. 1. c. fin. IX. pro literis † comneatus & evectionis, vulgò *Pas-* 15.  
*port oder Gleitsbrieff*, vide *Lexicographos*. X. pro † Epigrammate, 16.  
 secundum Philosophum in *Rhetoric*. teste *Martin*. in *Lexic. Philol.* in  
*vocab. Libellus*. XI. deniq; pro Libello † conventionali §. *tripli 25.* 17.  
*Instit. de Act.* & accusatorio sive inscriptionis l. 3. C. *de hi qui ac-*  
*cus. non poss.* Quæ ultima significatio instituto † nostro conveni- 18.  
 entissima est, quæq; in seqq. enucleanda venit. His superadde  
*Spec. lib. 4. part. 1. de lib. concept. §. quot autem 3.* & *Joh. Pet. de Ferr. in*  
*form. lib. act. real. tit. 2. d. §. ad evidentiam n. 2.*

(b) *Synonymia* varias † Libelli appellationes suppedi- *Syno* 19.  
 rat. Vocatur autem in vernacula nostra: † *Clage*/ ut in *Const.* *nyma* 20.  
*Elect. Aug. 2. part. 1. & in † Ordin. Proc. Judic. tit. 5. Claglibell: In* *Libelli.*  
*Jure Civili: † actio l. 3. C. de edend. & l. unic. C. de lit. contest. pe-* 21.  
*titio l. ult. C. d. t. de edend. † intentio l. 2. in fin. pr. ff. de except. &* 22.  
 † *conventio d. §. tripli 25. Instit. de act.* Nam etiam † *Reconven-* 23.  
*tio in l. sisdem 11. §. sed & 2. ff. de Juridict. mutua actio, & in l. pen.* 24. 25.  
*C. de Juda. c. cum dilectus 2. extr. de ordin. cognit. & t. t. extr. de mut.*  
*petit.* mutua petitio dicitur, Germanis *Gegen-Clag/ Ordin. Cam.*  
*Imp. p. 3. tit. 30. Von der Gegen-Clag.* Et hoc ipsum propter ra-  
 tionis † identitatem, quæ nomine tenus se exerit. A *Doctori-* 26.  
*bus: ut † Scaccia de Judic. caus. Civ. c. 50. n. 25. † Fundamentum* 27. 28.  
*Judicii; A Modest. Pistor. verò vol. 2. conf. 21. n. 4. † Truncus arbo-* 29.  
*ris Judiciariæ; Sicut enim, ait, truncus regit totam arborem, ita*  
*libellus regulat totum processum. A † Zasio, deniq; quem alle-* 30.  
*gat Umm. d. D. 6. th. 11. n. 53. appellatur Libellus, Juristarum † Syl-* 31.  
*logismus, & à Wesemb. in Par. ffor. de edend. n. 3. Syllogismus*  
 † *Practicus & Judicialis. Vide & Vent. de Valent. in part. litig. lib. 2.* 32.  
 c. 13. n. 17.

## Th. V.

Definitur Libellus, quod sit verborum *Definitio*  
 conceptio, (a) actoris coram Judice competen- *Libelli.*  
 te contra Reum (b) claram intentionis sive  
 actionis causam, (c) nec non aptam rei narra-

B 2 tio



tionem ac convenientem conclusionem in se  
continens. (d)

1. (a) Tralatitium est apud Logicorum & filios, in defini-
2. dis rebus semper genus & assumendum esse proximum. Quo circa
3. & nos, ipsorum observationes non planè respicientes, id, quod
4. in th. hic posuimus, adæquatum & proximum putamus cum
5. *Ulm.* & in *d. D. 6. th. 8. n. 36.* *Obrecht. in tract. de contip. & form. lib.*
6. *c. 2. n. 1. & seq.* *Hilfig. in Not. ad Don. En. lib. 23. c. 4. lit. C. & Dn. Lud-*
7. *well. in proc. judic. c. 8. Diss. & Specul. de libell. concept. §. 1. Sichard.*
8. *ad d. auth. offeratur C. de lit. contest. n. 3. Oldend. de formul. lib. pag.*
9. *(mibi) 289. & seqq. Melch. Kling. ad c. 1. n. 3. extr. de lib. obl. Joh.*
10. *Petr. de Ferrar. in form. lib. act. real. d. §. ad evidentiam n. 3. & 6. Ros-*
11. *bach. in Prax. Civ. tit. 33. n. 1.* (qui alias & ab hac nostra definitione
12. quoad cætera non longè alienus) *Vult. lib. 2. J. R. c. 29. Treutl. vol. 1.*
13. *D. 4. th. 10. lit. B. & Dd. comm. Libellum per Scripturam definiens.*
14. Hos autem contradicentes, & quamvis magnæ sint authoritatis,
15. nihil tamen moramur. Tantum enim abest, ut veritatem, quæ
16. una & simplex semper, hic celemus, ut potius eam in apertum
17. dicendi campum deducamus. Merito igitur libellum nostrum
18. hoc & donamus genere, quò insimul ostendamus, eum hodiè &
19. interdum etiam sine Scriptura fieri posse. Nam licet de Jure &
20. **Canon.** fortassis concedamus, libellum semper in scriptis of-
21. ferri debere propter *text. c. 1. extr. de Libell. obl.* tamen nihil & ob-
22. stat, quò minus dicamus, Libellum de Jure Civ. & etiam absq;
23. scriptis edi potuisse per *l. 1. §. 1. ff. de edend.* cujus l. autoritate ipsum
24. *Sichard. d. n. 3.* fateri & oportet, olim quoq; de Jure Digestor. li-
25. bellum in scriptis offerri non necessarium, sed satis & fuisse,
26. si petitio vivâ voce proponeretur; quanquam de Jure Codicis
27. & & Novissimo, i. e. Novellarum, Scripturam in libello adeò ne-
28. cessariam existimet, ut eâ omisâ litis contestationem & & porrò
29. totum processum vitiari constanter cum præall. Dd. affirmet.
30. Verum *Sichard. & reliquos & dissentientes Dd. sat refutant*
31. *seqq. text. ut l. fin. C. de edend. Nov. 17. c. 3. & Nov. 83. in pr.* Huc
32. quoq; non inconcinnè possunt referri verba & haud contemnen-
33. da *Constantini Harmenopuli in promptuar. Jur. §. 6. a. tit. d. pag. 39.*



καὶ δίδωκεν ἐκείνῳ λίβελλον περὶ τῶν αὐτῶν ἀγωγῶν & c. quæ ita  
 vertit Matth. † Martin. in suo Lexic. Philolog. in voce Libellus: & ibi 20.  
 † Libellum proposuit easdem res complectentem & c. Unde 21.  
 facile conjectare licet, libellum & de Jure Civ. non † semper in 22.  
 scriptis fuisse oblatum, sed nonnunquam etiam oretenus propo-  
 situm. Nam † si hoc omninò non, vel saltem rarò factum fuif- 23.  
 set, procul dubio per voculam † (offerre) vel idem significan- 24.  
 tem id extulisset; Quamvis cum Umm. all. loc. n. 37. circa fin. ut &  
 Dn. Ludwell. in Not. ad Wesemb. Par. ffor. tit de edend. n. 7. non † ne- 25.  
 gemus, frequentius id in scriptis contigisse. Sanè de consue-  
 tudine † fori hodierna, Schneid. ad §. 1. Instit. de Act. n. 99. Speck- 26.  
 han. cent. 1. q. 63. n. 3. & Hillig. in Not. ad Don. En. d. c. 4. lit. B. quam  
 Juri scripto, † derogare apud omnes in confesso est, arg. l. 3. §. ult. 27.  
 ff. de testib. & imprimis de Jure Saxon. † generali res clara est 28.  
 & omni caret scrupulo, siquidem Libellus † oretenus dictatur 29.  
 † Judici, vel ab eo deputato judicii † Notario, cui pari modo 30. 31.  
 † reus respondet, Coler. decis. iii. per art. 3. in lib. 2. Sandr. In specie 32.  
 verò quoad Jus Saxon. † novissimum Electorale hoc nota- 33.  
 tu dignum occurrit, quod hodiè, non ut olim arbitrariū amplius,  
 sed † necessarium sit litigatoribus jura sua † vivâ voce, minimè 34. 35.  
 autem mutuis scriptis, iisq; ex chara in calamum dictatis (quorū  
 recitatio nō † propriè dicitur ex ore facta) proponere, per expres- 36.  
 sam Elect. Aug. Constit. 1. in part. 1. in verb. † daß vor der Kriegsbe- 37.  
 festigung von Munde in die Feder verfahren werden soll. Donell.  
 Schneid. Umm. dd. locc. & Dn. Carpz. ad d. Const. 1. defn. 1. & 2. Cau-  
 sa † prædictæ Constit. Elect. nulla alia est, quam litium abbre- 38.  
 viandarum, & ne † per apices juris & subtilitates Legum domi- 39.  
 excogitatas inq; scriptis conceptas, lites protrahantur & immor-  
 tales fiant, sed ut † de simplici & plano eæ finiantur adeòq; eò 40.  
 citiùs determinantur. Andr. Rauchb. part. 1. q. 1. n. 6. cum seq. & Matth.  
 Col. part. 1. d. decis. iii. n. 4. Verumenimverò prædicta sano † sen- 41.  
 su intelligenda sunt, nimirum ut non excludant † Actorem in 42.  
 judicio ad Libellum antea in scriptis oblatum se referentem, il-  
 lumq; † verboretenus repetitum velle dictantem, fortèan 43.  
 hac formulâ: P. P. † Unhengigk solcher protestation thut er 44.  
 B 3 seine



45. seine wider gemelten N. N. angestellte vnd den (infernatur † dies, mensis & annus) eingegebene Clage mit allen derselben Punkten/ Clauseln, qualitäten, narration vnd petition, allermaßen derselben verfasset / vmb geliebter kürze willen von Worten zu Worten anhero wiederholen / vnd fordert hierauff & c. vel ut
46. † Dn. Carpz. d. loc. defn. 3. n. 4. Er wolle sein vbergebenes Libell von Wort zu Wort anhero wiederholet haben vnd der Antwort gewertig seyn/ ubi ita Libellantem, quamvis nihil † amplius addiderit (videl. quoad † relat. & repetit.) audiri debere monet.
47. 48. 49. 50. Juxta hoc & in illud hic † inquirere lubet, an nempè partes † prædictæ Sanctioni Elect. Aug. in d. Const. 1. renunciare possint, & ita convenire invicem, ut non † viva voce, sed mutuis scriptis in causa judiciali procedatur? Magn. Dn. Carpz. add. Const. 1. defn. 5. secundum Hering. de fidejuss. c. 17. n. 56. aliosq; affirmativam † tenet sententiam, pronuncians ibiq; præjudicium adferens, illud ipsum procedere scil. ad exemplum † compromissi specialis, quo partes nonnunquam à † modo procedendi generali ac consueto recedere soleant; Accedente præsertim observantiâ † quotidianâ, de qua etiam testetur Berlich. part. 1. conclus. 13. n. 23. Negativam † verò opinionem tuentur Dnn. Jenenses, uti constat ex lib. 2. Decis. Arumai, decis. 11. n. 33. & seqq. Nos in bivio quasi hic cõstituti, quæ nobis probabilior videatur, in ipso † discursu sumus declaraturi. Minus dubii id habet in **Processu † Ordinario Criminali**, ubi id litigatoribus neutiquam concedendum; scil. quia in Processu Criminali principaliter † publicum commodum versatur, quod † privatorum conventionem immutari nequit l. 38. ff. de pact. Dn. Carpz. d. loc. defn. 6. Quibus junge etiam, quæ † ad th. anteced. 3. lit. D. in pr. prolata sunt.
51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. (b) Hic paucis declarandum est, quid sit † Judex competens, actor & Reus. **Judex † competens** igitur sive congruus, qui & suus † sæpè dicitur, (ut in l. 49. in pr. ff. de Judic. l. penult. C. de Jurisd. omn. Judic.) est, ad quem † cognitio pertinet, i. e. qui habet Jurisdictionem & ejus exercitium vel super res in litem deductas, vel super † personam rei d. l. pen. l. 2. ff. si quis in jus voc. & l. 28. ff. de re Jud. quemadmodum etiam † Tribunal competens vocatur, apud quod jus fuit eâ de re cognosci l. sed & ha



|  |     |
|--|-----|
| 35. §. 2. ff. de Procurat. Actor ꝑ in jure depraedicatur is, qui alteri    | 68. |
| controversiam in Judicio movet, seu ꝑ qui litem intendit l. 1. pr.         | 69. |
| & §. 1. ff. de edend. & l. 19. ff. de probat. In ꝑ simplici scil. Judicio. | 70. |
| In duplicibus ꝑ autem Judiciis, puta familiae herciscundae, com-           | 71. |
| muni dividundo & fin. regundor. Actor intelligitur, qui prior ad           |     |
| Judicem provocavit l. 13. ff. de Judic. Quod si forte ambo ꝑ simul         | 72. |
| provocaverint, sorte res dirimenda est l. 14. ff. de Judic. Reus           |     |
| deniq; est, qui in Judicio convenitur c. forus 10. extr. de V. S. Rei      |     |
| autem ꝑ vocabulum a re in judicium deducta desumptum, vel                  | 73. |
| ꝑ late accipitur, & utrumq; litigantem complectitur, adrestante            | 74. |
| Cicer. 2. de orat. Cui significationi ꝑ affinis est illa, qua duos reos    | 75. |
| debendi & promittendi dicimus Inst. de duob. rei stip. & promit.           |     |
| vel ꝑ strictè, pro eo, quem in Judicio convenimus, & dare vel              | 76. |
| facere aliquid intendimus Dn. Ludwell. in proc. jud. c. 3. Cæterum         |     |
| repetere etiam dicta ꝑ & alleg. post pr. d. th. 3. lit. D.                 | 77. |
| (c) argl. ꝑ fin. C. de edend. & c. fin. extr. de libell. oblar.            | 78. |
| (d) Horum explicationem non immeritò rejicimus ad                          |     |
| subsequens ꝑ membr. 2. quoniam ibi hæc omnia ex asse enucle-               | 79. |
| anda veniunt.  |     |

## Th. VI.

Divisio Libelli desumitur 1. a Materia (a) Divisio Libelli.  
 2. a forma accidentali, (b) 3. ab Adjunctis, (c) &  
 4. deniq; a fine. (d)

|  |    |
|--|----|
| (a) Qua in ꝑ Civilem, l. 1. §. 1. ff. de edend. d. auth. offeras                 | 1. |
| tur C. de lit. contest. Nov. 53. c. 3. & Criminalem distinguitur l. 3.           |    |
| pr. & §. 1. ff. de accus. l. 17. C. eod. l. 3. C. de his qui acc. non poss. Ille | 2. |
| ꝑ vulgò Libellus reclamationis c. 1. extr. de lib. obl. vocatur, item            | 3. |
| postulationis, si Kling. ad d. c. 1. n. 16. credendum: Hic ꝑ verò ac-            |    |
| cusationis sive inscriptionis nuncupatur d. l. 3. in pr. & §. 1. & d.            | 4. |
| l. 17. Obrecht. in tr. de concep. & form. lib. c. 2. n. 10. & 12. Ne etiam       | 5. |
| hic intactam relinquamus eorum ꝑ descriptionem, scire est,                       |    |
| quod criminalis ꝑ Libellus sit is, qui offertur vel profertur in                 | 6. |
| Judicio, quod ad pœnam corporis inflictivam, aut pecunariam                      |    |
| fisco applicandam intenditur: Civilis ꝑ verò qui offertur vel                    |    |
| pro-   |    |



- profertur in eo iudicio, in quo ad privatum commodum agitur, sive ꝑ propter delictum admissum, sive propter aliam causam. *Obrecht. d. c. 2. n. 13. adde Umm. D. 1. §. 2. n. 8.*
7. (b) Intuitu cuius dispertitur ꝑ **in scriptum & non scriptum**; Quorum quilibet vel ꝑ articulatus vel simplex est. Principalem ꝑ divisionem quod spectat, notanter dicimus, illam satis firmum obtinere robur ex *d. l. 1. §. 1. ibi: Libello completi & dare, vel dictare ff. de edend. & Nov. 53. c. 3. Obrecht. d. c. 2. n. 7.* Idq; eo magis, cum actio ꝑ modo per scripturam, modo vivâ voce edatur & ita pro actione libellus *μερονυμικῶς* Dd. dicatur *Umm. d. D. 6. th. 8. n. 37.* Quinam autem sit ꝑ Libellus scriptus, quinam non scriptus, tûm ex præced. cûm etiam ex ipsis his verbis affatim constare putamus. Pergimus igitur statim ad ꝑ subdivisionem cum Dd. perhibentes, ꝑ **Articulatum libellum esse**, quando merita causæ per articulos distincta & formata proponuntur: ꝑ **Simplicem** verò sive continuum, ubi continuâ serie sive oratione absq; articulorum designatione actoris intentio continetur *Vult. lib. 2. f. R. c. 29. Umm. d. th. 8. n. 38. Rosbach. d. tit. 33. n. 2. Dn. Ludwell. d. c. 8. & Dd. comm. Quomodo ꝑ hi Libelli concipiantur, consule Oldendorp. de form. Libell. Obrecht. d. tr. c. 15. & 17. Schneid. ad tit. Instit. de Act. Rosb. d. t. 33. n. ult. Joach. Schultz. in synops. Jur. univ. in vol. 3. nec non Teuber. in process. c. 3. & 4. aliosq;.* Notandum ꝑ hic, quod Elector Aug. piissimæ memoriæ in *constit. 2. part. 1.* adeò à foro ꝑ Saxon. exulari iusserit Libellum articulatum, ut quamvis pars rea contra ipsum non excipiat, Iudex tamen ex officio illum rejicere debeat, *d. constit. 2. & Ordin. process. Judic. tit. 5. von der Clage Berlich. part. 1. conclus. 12. n. 3. Treutl. d. th. 10. lit. B.*
8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.
- Ex quo concludit Dn. ꝑ Carpzov. *ad d. Const. 2. def. 1. n. 6.* quod Libellus articulatus ipso jure nullus, adeòq; reus exceptionem de tali libello opponens, ꝑ quodocunq; non tantûm antè, sed etiam post litem contestatam audiendus sit *c. cum dilecti 3. extr. de empt. vend. l. cetera 4. §. 1. ff. famil. hercis. adde Moller. ad d. Const. 1. n. 3. & 7.* qui in ꝑ criminalibus usu invaluisse refert, quod, si fortè accusator probationem sibi per torturam Rei faciendam reservaverit, **Indicia Libello articulatim subnectere liceat,** qui-



quibus non minus, quam ipsis libelli narratis Reus respondere teneatur. Contrariam † jam dictæ ordinationi Saxon. observantiam tenet † **Camera** cum aliis passim † **Curiis**, ubi uterq; tam simplex quam articulatus admittitur *Cammer-Gerichts-Ordnung p. 3. tit. 12. §. zum andern Umm. d. th. 8. n. 38. & juxta eum Dn. Ludw. d. c. 8.*

(c) Quorum occasione in † **certum**, qui & specialis appellatur, & † **conditionatum** aut **alternativum** abic. Prior † est, quando certum & speciale quid proponitur, e. gr. peto pronunciari, hunc fundum Cornelianum meum esse: vel peto pronunciari, hunc librum, Corpus Juris, meum esse; Posterior † verò, quando vel hoc vel illud petitur, e. gr. peto venditionem nullam pronunciari officio Judicis, vel rescindi per beneficium restitutionis in integrum. *Gregor. in c. constitutus 9. extr. de in integr. restit. Specul. de libell. concept. §. ult.* Quos tamen ulterius perstringere lubens hic supersedeo, cum infra † in membro 4. *f. ult. th. 25. de iis differendi campus sese offerat latissimus.*

(d) Cujus respectu libellus dispescitur in † **Conventionalem** §. *triplici 25. Instit. de act. l. ult. C. de ann. except. Nov. 53. c. 3. in pr.* quo ex parte actoris conventio contra reum priori loco instituitur, deciditur & agitur: & † **Reconventionalem** §. *1. extr. de mut. petit. ibiq. Dd.* in quo mutua petitio ex adverso per reum contra actorem instituitur. Et † uterq; vel **Principalis** est vel **Appellationis**; † **Ille** causam Principalem coram Judice primæ instantiæ complectitur: † **hic** causam appellationis secundæ videl. instantiæ coram Judice ad quem. *Marant. part. 4. distinct. 6. n. 1. & dist. 9. n. 1. Rosb. d. r. 33. n. 3. & 4.* Et hæc divisio vim & efficaciam suam habet ex † **assistencia Legis & Prætoris** Ubi enim legitima conventio, Reconventio vel Appellatio, ibi præcedat, necesse est vel **Lex** vel **Edictum**

Prætoris, quæ iis quasi animam inflare & esse dare solent.

C

MEM-



Membr.  
2.

## MEMBRUM SECUNDM.

DE

*Causa efficiente, Materia & Forma, eaq; vel  
substantiali vel accidentali.*

Th. VII.

Causa efficiens libelli.

Causa efficiens est vel remota vel propinqua; Illa est Jus sive in specie Lex: (a) hæc, voluntas litigantis sive actoris (b) rem (c) & interesse (d) suum petentis.

1. (a) Quæ libellum † offerri disponit, *auth. offeratur C. de lit. contest. Wesemb. in Par. ff. de edend. n. 5.* Cui autem vel quibus, vide *th. anteced. 3. lit. D.*

2. (b) Litigare † & edere libellum hinc regulariter possunt omnes, qui Judicium sive suo sive alieno nomine suscipiunt *l. 1. in pr. & §. 1. ff. de edend. Obrecht. de concip. & form. libell. c. 3. n. 2. & seqq.* An † itaq; ipse principalis Reo actionem edere præcisè teneatur, quaritur? Nos † negantium castra sequimur cum

3. *Umm. d. D. 6. th. 9. n. 40.* Sufficit enim, si ipsius nomine legitimus

4. Procurator actionem edat *arg. l. 6. & tot. tit. ff. de Procurat.* Deinde † hinc in quæstionem venit, quibus sumptibus libellus edendus sit? Ubi posthabitis variis variorum opinionibus juxta

5. *Umm. all. loc. n. 42.* hanc controversiam malumus sic componere, distinguendo † videlicet inter reum temerè judicium suscipientem, & reum justè actori litiganti contradicentem; Et illum, † non hunc sumptus in libelli confectionem

6. expositos refundere teneri arbitramur: Dixi † etiam, regulariter. Nam quidam judicio interesse prohibentur, iiq; † vel

7. in totum vel certo modo. In † totum vel naturâ vel Lege. †

8. Naturâ, Impuberes, mente capti, furiosi, muti & surdi; Ratio quoad † priores tres est, quod ratione vel omninò vel ex

9. parte destituti nihil eorum intelligant, quæ in judicio expedienda occurrunt: quoad † posteriores verò duos, quod

vel



vel desiderium suum exprimere vel Judicis adversariive vocem  
 exaudire nequeant. † Lege a loco Judicii arcentur † minores 14. 15.  
 25. annis l. 2. C. qui leg. pers. stand. in jud. §. 2. Inst. de Cur. prodigi l. 1. pr.  
 ff. de Cur. furios. Servi l. 32. ff. de R. J. † banniti sive excommunicati 16.  
 ext. de Except. & d. 6. 8. de sent. excomm. in 6. Gail. lib. 2. de pat. pub. c. 12.  
 n. 18. † Magistratus majores, (olim scil.) non autem † hodiè, 17. 18.  
 quoniam plerumq; perpetui sunt, ideòq; & rectè agunt & con-  
 veniuntur in judicio, uti colligunt Dd. † ex l. 34. ff. de reb. cred. 19.  
 & Illustres personæ l. 25. & seq. auth. C. de proc. Rosbach. tit. 10. n. 12.  
 & Umm. D. 1. th. 4. Certo † modo prohibentur Clericus, filius- 20.  
 fam. infamis, mulier & perjurus. Quorum † limitationes, 21.  
 quas hic silentio lubentes prætervehimus, perspicere licet apud  
 Umm. & Rosbach. cit. loc. adde Dn. Ludwell. in D. Pand. 23. thes. 2.  
 & seqq.

(c) i.e. quamlibet, quæcunq; in contractum vel quasi, 22.  
 in delictum vel quasi, & tandem etiam in crimen publicum  
 cadit.

(d) Per † interesse hic nihil aliud intelligimus, quam 23.  
 damnum emergens & lucrum cessans, Treutl. vol. 2. D. 23. th. 4.  
 lit. C. † quod mora vel facto alieno in quacunq; re sive causa con- 34.  
 tingit, arg. l. 13. ff. rem rat. hab. l. 2. ff. quod cert. loc. l. 24. §. 4. ff. loc. l. unic.  
 ibi. & hoc non solum C. de sentent. quæ pro eo & c. & l. 11. pr. ff. ad Sc.  
 Trebell. Dn. Ludwell. D. Pand. 20. th. 32. & Gædd. ad leg. 81. de V. S.  
 n. fin.

### Th, VIII.

Materia sunt omnes causæ, (a) de quibus Materia  
Libelli,  
 regulariter (b) judicium constituitur, & inter  
 duos pluresve lis est. (c)

(a) Quæ ordinario † & plenario processu peraguntur 1.  
 sive civiles † sint sive criminales l. ult. C. de ann. except. l. 3. ff. 2.  
 de accusat. l. 16. & 17. C. eod. l. 2. C. de his qui accus. non poss. & Nov.  
 53. c. 3. §. 1. Specul. de libell. concept. §. nunc dicendum, sive etiam † pe- 3.  
 titoria l. si in rem 6. ff. de rei vindic. sive † possessoria, Specul. d. loc. 4.  
 n. 2. & §. 2. Instit. de Interdict. Wesemb. in Par. ffor. de edend. n. 6.  
 C 2 nimi-



5. nimirum propter † causæ continentiam; Sunt enim hæ causæ  
6. continentes ad eandem rem competentes: Nam finis † posses-  
7. sorii est principium petitorii *Bald. in l. 1. C. uti possid. n. 2. & cogni-*  
8. *tio † unius, adfert aptiorem intelligentiam alterius. Gl. ad c. 1.*  
*extr. de caus. possess. & propriet. ibiq; Felin n. 8. Gail. 1. obs. 11. Et Dn. †*  
*Carpzov. ait: Possessoria & petitoria Judicia sibi invicem adeo*  
*correspondent, ut ubi petitorium seu actio aliqua realis compe-*  
*tit, ibi etiam detur interdictum possessorium, & vice versa,*  
*part. 2. Const. 7. defn. 12. n. 11. Bart. in l. ult. ff. quor. bonor. Obiter*  
9. 10. † hic meminisse oportet, retinendæ possessorium † duplex  
11. esse, unum ordinarium sive plenarium, alterum extraordina-  
12. rium sive summarium vel summarissimum. † **Ordinarium**  
13. est, in quo Juris ordine servato proceditur, & principaliter atq;  
14. absolute de possessione partium disceptatur, & ubi, secundum  
15. magis communem opinionem, plenæ probationes requiruntur:  
12. 13. † **Extraordinariū** verò sive † **summarissimum** (quod &  
14. momentaneum appellatur) est, in quo nullo Juris ordine serva-  
15. to, maturè & summarie proceditur, juxta *text. in Clem. f. sepe de*  
16. *V. S. Gail. 1. obs. 7. vel ut cum Bald. Dn. † Carpzov. illud descri-*  
17. *bit: ubi negotium non jure actionis, sed per officii Judicis im-*  
18. *plorationem in Judicium deducitur, sine strepitu & figura judi-*  
19. *cii absq; libello & litis contestatione d. const. 7. defn. 16. nec ple-*  
20. *nas ac perfectas probationes desiderat, sed leviores & semiple-*  
*nas recipit Ord. † Cam p. 2. tit. 21. in fin. vers. und als bald darauff sum-*  
*marie ohne einigen gerichtlichen Process oder weitläufige Auf-*  
*führung der Sachen & c. adde Jacob Menoch. de ret. poss. remed. ult.*  
*n. 34. Gailio d. in loc. n. 6. Menochio cit. loc. n. 46. aliisq; hoc extra-*  
16. **ordinarium possessorium † levis sive modici** dicitur præju-  
17. **dicii**, cum non afferat præjudicium irreparabile. Et non de hoc  
18. sed de illo i. e. † **Ordinario possessorio**, quæ supra dicta, exaudien-  
19. da sunt. adde *Rosbach. tit. 21. n. 2. 7. & 10.*  
18. (b) Quippe nihilominus receptum est ut libellus † quan-  
19. doq; omitti possit, quemadmodum prolixè docet *Asin. in Prax.*  
20. *Flor. S. 4. c. 3. & Spec. in d. f. nunc dicendum.* Idcirco † excipiuntur  
1. † causæ summarie: *Clem. sepe in verb. libellum non exigat, ibiq;*  
*Gl. de*



*Gl. de V. S.* in his enim sufficit qualiscunq; petitio (de qua vide † *Job. Petr. de Ferrar. in form. lib. act. real. tit. 2. §. qualis qualis petitionis n. 1.*) etiam sine Scriptura apud acta facta, *Wesemb. in Par. ffor. d. t. de edend. n. 6. Rosbach. d. tit. 33. n. 16. † 3.* Si ex Sententia & transactione agatur *arg. l. 3. C. de fructib. & lit. expens. 3. †* Si agatur de beneficio auctoritate Apostolicâ obtinendo *c. cum secundum §. ult. extr. de probat. 4. †* Si Judex proprio motu ex officio procedat *arg. l. 37. pr. ff. ad municip. l. 54. C. de decur. & 5. †* Si Judicis officio implorato missio in possessionem petatur *l. 3. in pr. ff. ne vis fiat ei & c. l. 68. ff. de rei vindic. Dn. Ludw. in Not. ad Wesemb Par. ff. d. t. de edend. n. 6.* Addunt Dd. † & alias causas, quarû quasdam enumerat *Treutl. vol. 1. D. 4. th. 12. lit. D.* Quæ ramen † pleræque dubiæ sunt & vix admitti possunt, ut demonstrat *Bach. ad Treutl. d. th. 12. in fin. adde Umm. d. D. 6. th. 10. n. 43.*

(c) *Wesemb. † & Specul. dd. locc.*

21.  
22.  
23.  
24.  
25.  
26.  
28.  
28.

Th. IX.

Forma libelli vel substantialis est vel accidentalis. (a) Substantialis consistit (b) in causa sive medio concludendi, narratione facti & petitione seu conclusione. (c)

Forma  
substant.  
Libelli.

(a) *Hillig. † ad Don. En. lib. 23. c. 4. lit. D. Schneidw. ad §. 1. Instit. de act. n. 106. Rosbach. d. tit. 33. n. 23. & seqq. Umm. d. D. 6. th. 11. Vult. d. c. 29. Obrecht. d. tr. c. 11. n. 6. cum seqq. & Dn. Ludwell. in process. d. c. 8.*

1.

(b) Ex hac libelli formæ substantialis descriptione haud difficile conjectandum, libellum † bene formatum in modum syllogismi Dialectici debere esse conceptum. Primo enim loco ponatur † major propositio, cujus vices sustinet causa sive medium concludendi, deinde † minor sive assumptio, quæ hic est facti narratio, & deniq; † Conclusio, quæ est apra ex superioribus resultans petitio. Quemadmodum autem in syllogismo Dialectico non † semper naturalis ordo servatur, sed interdum, præsertim apud Rhetores majoris concinnitatis

2.  
3.  
4.  
5.  
6.

C 3 gra-





7. gratiā minor majori præponitur: ita † hic quoq; non rarò facti narratio præmittitur causæ sive medio concludendi, prout actori aut ejus advocato visum fuerit: imò nonnunquam & † major
8. sive medium concludendi planè omittitur, & † libellus in formam Enthymematis proponitur, cujusmodi libellos valere passim † Curiarum stylus ostendit. *Umm. d. D. 6. th. 11. n. 54. Hillig. ad Don. En. d. lit. D. Trentl. d. D. 4. th. 10. lit. D. ibiq; Bach.* Verùm
9. quicquid sit, nos † cum *Obrecht. d. loc. c. 14.* consultum ac utile, & cum *Umm. cit. loc. n. 53. & 54.* rationale esse putamus, si libellus
10. in primis † Civilis omnes syllogismi partes in se contineat. Hinc
11. & *Dd. † libellum κατ' ἐξοχήν* appellare consueverunt † Syllogismum Juristarum, nec non Syllogismum † Practicum & Judicialem, uti dictum *in th. anteced. 4. lit. B. circa fin.*
- 12.
13. 14.
- 15.
16. (c) Hæc tria libelli substantialia † ordine nunc sequuntur.

#### Th. X.

### Causa sive medium concludendi jus seu meritum facti continet. (a)

1. (a) *Vult. d. c. 29.* In hunc † fortassis modum: *Ob wol zurecht vnd in Heil Reichs-Constitutionen* (possunt & hic alia † specialia Jura addi, ut *constit. Elect. Statutor. & c.*) *heilsamlich versehen & c.* Quod ex † formulis libellorum addiscendum est, quales ferè omniū actionum collegere *Schneid. ad tit. Inst. de act. Georg. à Roschitz in suo process. & Joach. Schultz. in vol 3. synopsis. Jur. univers. adde etiam Teuber. Rosbach. d. t. 33. n. 49. cum seqq. aliosq;*
2. *Pragmaticos.* Medium † autem sive causa actionis vel remota † est vel propinqua. *Zaf. ad princ. instit. de action. n. 14.*
3. In † reali actione propinqua causa est Dominium, ut in rei vindicatione; vel quasi dominium, ut in publiciana; vel deniq; jus in re, ut in confessoria aut hypothecaria. Remota est contractus vel titulus, ex quo dominium vel jus in re actori quæsitum est.
4. In † personali actione causa propinqua est obligatio: remota, vel contractus vel quasi, vel delictum vel quasi, ex quo obligatio oritur. Ex his in actione † personali non est
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.



est necesse causam propinquam libello inferere, sed sufficit remota, contractus videl. & delictum, ex quo reus ipsi actori debeat. Sed ¶ quid si omisâ causâ remotâ, propinqua tantum inserta fuerit? Et certum esse ait *Dn. Ludwell. in d. c. 8.* posse reum contra talem libellum, tanquam generalem & obscurum excipere. Si tamen ¶ nihil excipiat, libellus etiam non expressâ obligationis causâ subsistere videtur. Potest namq; ¶ actor in persecutione causam exprimere & generalitatem illam restringere, *Schneid. ad d. §. 1. Instit. de act. n. 114.* In ¶ actione verò reali satis est, si causa proxima exprimatur, dominium scil. vel quasi, ut jus in re, ex qua actio oriatur, nec requiritur ¶ de necessitate, ut causa etiam remota adjungatur. Utilius ¶ tamen esse autumo cum *Rosbach. d. tit. 33. n. 28.* ut actor remotam quoq; causam addat, videl. contractum vel titulum, unde causam dominii & jus agendi habeat, puta, si ¶ quis dicat, illam rem ad se spectare jure dominii, quia ipsi legata sit: tum enim quamvis ex causâ hâc succumbat, fortassis, quod probare eam nequeat: tamen potest nihilominus ex alia ¶ causa eandem rem petere, non obstante rei judicatæ exceptione *l. 11. §. 2. ff. de except. rei judic.* Quod si ¶ autem nullam expresserit causam, tunc omne jus suum in judicium deduxisse videtur, ideòq; si postea expressâ causâ eandem rem petat, obstabit ei rei judicatæ exceptio, quia res nisi ¶ semel nostra esse non potest *l. 14. §. 2. ff. d. t. Schneidw. ad d. §. 1. n. 111, Gail. 1. obs. 16. n. 5. 6. & 7.*

## Th. XI.

Factum hîc continet assumptionem, sive, ut Rhetores loqui amant, *ἡξιωματικόν*, hoc est, factum, de quo controversitur. Narratio est facti in judicium deducti commoda expositio. (a)

(a) *Vult. d. c. 29.* Ut autem ¶ commoda hæc sit facti narratio, I. brevis ¶ esse debet, nihil superflui continens: melius enim est pauca ¶ utiliter effundere, quam multis inutilibus



- bus hominum aures prægravare l. 2 §. 17. in fin. C. de Vet. Jur.
4. Enucl. Necessaria † tamen & utilia, quæ probata actoris intentionem juvare possunt, prætermittenda non sunt c. examinata
  5. 15. extr. de Judic. Schneidw. ad d. §. 1. n. 107. Inst. de action. II. dilucida clara atq; perspicua esse debet, ut reus inde cognoscere, an ipsi contendendum an verò cedendum: & Judex videre possit, qua de re futura sit controversia. Dilucida † igitur erit, si ordo rerum sive rei gestæ sedulo observetur, & negotiū verbis perspicuis & propriis proponatur Schneid. d. loc. n. 102. & n. 108.
  7. III. deniq; † verisimilis sive probabilis ut sit, operam navet.
  8. Quod † assequitur, si circumstantias præcipuas & causam actionis contineat: Et siquidem † in personam agendum est, cautè procedet actor, si rem, quam sibi deberi intendit, diligenter exprimat quoad materiam, quantitatem, colorem & c. leg. 1.
  10. §. 40. ff. de pos. l. 19. §. 1. ff. de furt. Idem dicendum de † actione in rem. Nam & tunc res † proprio nomine, si quod habet, nuncupari, aut certè ita describi debet, ut constet, de quo actor sentiat l. 6. ff. de Rei vindic. In † universalibus tamen & generalibus Judiciis (differunt † quippe hæc duo, Gail. 1. obs. 68. n. fin.) puta, petitione hæreditatis, actione Tutelæ, negot. gestor. pro socio & similib. sufficit generalis libelli petitio absq; specifica rerum descriptione arg. l. 1. ff. si pars hered. pet. l. 38. ff. pro soc. Gail. d. obs. 68. n. 1. & ult. Aliud autem obtinet in † Criminali causa, ubi in libello, qui super admissi delicti vindicatione conficitur, præter personarum designationem etiam † locus & tempus admissi criminis necessario exprimi debent, quod nisi factum fuerit, Libellus † ipso jure ineptus est, etiamsi nihil de eo opponatur arg. l. 3. in pr. & §. 1. ff. de accusat. ibiq; Bart. Gail. 1. obs. 74. n. 9. & Myns. cent. 2. obs. 32. qui tamen secundum Socin. † consil. 46. n. 13.
  18. vol. 1. hanc sententiam limitat, procedere nempe, si † accusator intentatam accusationem per testes probet, non etiam si per ipsius rei confessionem. Tunc enim sustineri libellum existimat, etiamsi in eo locus & tempus expressum non fuerit: hora † autem & dies patrati criminis necessario exprimendus non est, nisi † reus id petat Gail. d. obs. 64. n. 11. & Myns. d. cent. 2. obs. 40.
  20. Quæ



Quæ sententia cum † ad Rei defensionem non parum conducatur, 21.  
 recipienda omninò videtur, quamvis *Myus. cit. loc.* in † Camera 22.  
 contrarium servari testetur. *Vult. d. c. 29. n. 8. & Dn. Ludwell. d. c. 8.*  
 Quod si verò de crimine † **Civiliter** agatur, adhuc locū & tem- 23.  
 pus exprimendum esse *Dd. tradunt*, si modò tale sit delictum,  
 ex quo condemnatum infamia sequatur, *Gail. † d. obs. 64. n. 1. &* 24.  
*seqq.* ubi hujus assertionis rationes addit. Si tamen reus nihil † op- 25.  
 posuerit, libellum hunc quoq; sine loci aut temporis expressio-  
 ne subsistere docet idem *Gail. d. loc. n. 8. Socin. Consil. 109. n. 2. & 3.*

## Th. XII.

**Conclusio describi potest, quod sit apta ex  
 præmissis illata petitio. (a)**

(a) Secundum † *Umm. d. th. 11. Vult. d. c. 29. n. 9. & seqq. &* 1.  
*Rosbach. d. tit. 33. n. 31. cum duob. seqq.* Quæ † regulariter in quo- 2.  
 vis libello necessaria est; quia Judex non interponit officium su-  
 um, nisi imploratus *l. 4. §. 8. ff. de damn. infect. Umm. d. loc. n. 52.*  
 Proinde † **tota vis libelli consistit in conclusione**, magis, 3.  
 quam in ipsa facti narratione; unde etiã † dicitur, nō tam attendi, 4.  
 quid narretur, quam quid ex narratis concludatur, adeò, † ut ex 5.  
 apta conclusione, etiamsi res vel minus commodè narrata sit,  
 vel causa actionis omissa, libellus tamen nihilominus sustinea-  
 tur. *Rosbach. d. tit. 33. n. 31. & 32. Dn. Ludwell. d. c. 8. & Dn. Carpzov.*  
*in p. 1. Constit. 2. defn. 11. n. 2. Dixi, † regulariter, conclusionem* 6.  
*esse necessariam, ut innuerem, esse † quosdam casus, in qui-* 7.  
*bus Libellus & sine conclusione subsistat, ut I. † si agatur de* 8.  
*recuperanda possessione per vim amissa Jason in d. §. 1. Instit. de Act.*  
*n. 135. † Diss. Gilk. ad l. 3. C. de edend. n. 88. II. † si agatur coram* 9. 10.  
*Principe & in ejus præsentia factum narretur † cūm per text. in* 11.  
*cap. ad petitionem 22. extr. de accus. l. amilius 38. ff. de minor. † tūm,* 12.  
*quia præsentia Principis omnem defectum & solennitatem sup-*  
*pleat l. 19. C. de testam. Gilk. ad d. l. 3. n. 85. Jas. in l. 1. n. 21. C. de edend.*  
*Angel. ad l. Princeps 31. ff. de Legib. & Felin. ad c. in causis 19. extr. de-*  
*sent. & re judic. III. † in causis criminalibus, quia ibi agitur ad* 13.  
 D vin-



- vindictā & poenam publicam, ubi Judex ex officio suo & nemine petente procedere & poenam infligere potest *arg. l. 13. pr. ff. de offic. Præsid. IV.* † in causis Ecclesiasticis *c. ad dissolvendum extr. de despons. impub. V.* † in causis, quæ sine strepitu & figura Judicii definiuntur *Obrecht. d. tr. c. 11. n. 79. in fin. VI.* † in Exceptionibus propositis, si narrationi subjiciatur Clausula, super quibus omnibus & singulis & c. *Umm. d. th. n. n. 52.* ubi plures † ejusmodi casus enumerat, *adde etiam Rosbach. d. t. 33. & 34. Hillig. in Donell. En. lib. 23. c. 4. lit. D. & Schneid. ad d. §. 1. n. 119.* in quibus ut & similibus simplicem, † sed tamen commodam facti narrationem sufficere putant.

Th. XIII.

Forma Libelli  
belli acci-  
dentalis.

Excussam Libelli formam substantialem excipit nunc ACCIDENTALIS, (a) quæ consistit in exordio, narrationis coloratione, actionum plurium cumulatione, expensarum judicialium restituendarum petitione, & Clausularum quarundam adjectione. (b)

1. (a) Exposuimus hætenus † pro crassa ac pingui nostra
2. Minerva internam libelli naturam, videl. † substantialia; proximum est, ut & ipsius externam † levi ac simplici stylo depingamus indolem, quæ uno verbo † **accidentalia** sive **Libelli accessoria** à Dd. hinc inde nominantur; de quibus mox sequentia.
- 3.
- 4.
5. (b) Ex commemoratis hisce accident. quatuor † recensentur in hoc membr. 2. Ultimum † verò accessorium, quod est de Clausulis, singulare Dissertationis membrum & quidem in ordine tertium, propter prolixitatem meritò constituit, uti ex subseqq. apparet.
- 6.

Th. XIV.

Exordium ambitu suo complectatur nomen Judicis, (a) actoris, (b) Rei (c) & duas, vel secundum alios, tres clausulas in omni Libelli præfamine usurpari solitas. (d)

(a) Ho-



(a) Hostiensis † in *Summ. de Libell. oblat. fol. (mibi) 91. lat. 2.* 1.  
quinq; † alias libelli requisita hoc vulgari disticho comprehen- 2.  
sa recenset:

Quis, quid, coram quo, quo Jure petatur & à quo,  
Rectè compositus quisq; libellus habet.

Quorum † duo, nimirum 2. & 4. nolumus hic, tanquam cram- 3.  
ben bis coctam, quæ mors esse dicitur, recoquere; videantur  
potius 000. *pracedd. 10. 11. & 12.* Restat igitur, ut de reliquis † tri- 4.  
bus paululum dispiciamus. Inter quæ pro dignitate se primùm  
offert † **Judex**, de quo in primis sciendum, quod de † **Jure Civ.** 5.6.  
actor necesse habebat nomen Judicis in Libello exprimere, ut  
constaret, coram quo alterum convenisset, competens ne an in-  
competens esset *l. 5. ff. de Judic. Obrecht. d. tr. c. 11. n. 6. cum seqq.*  
Exemplum † habemus in Judice pedaneo, ubi † **olim**, necessa- 7.8.  
riò facienda fuit nominis expressio *arg. l. antepen. ff. d. t.* Sed hodiè  
† sufficit, si exprimatur nomen dignitatis seu Jurisdictionis: 9.  
quia & hoc modo de ejus persona reo facilè constare potest, *l.*  
*pen. ff. de reb. dub. Marant. part. 6. de Libell. obl. Speckhan. cent. 1. q. 64.*  
*Schneid. ad d. §. 1. n. 120. Hillig. in Don. En. lib. 23. c. 4. lit. D. Umm. d.*  
*th. 11. n. 49.* Huc quoq; † refer, quæ dicta sunt *in th. preced. 3. lit. D.* 10.

(b) Deinde actoris † etiam nomen exprimendum est, ut 11.  
constet, quis agat. † **Intellige**, si per Procuratorem agatur, 12.  
*Bald. ad l. 3. C. de edend.* Nam si ipse actor in judicio compareat,  
nomē ejus in Libello omitti posse Dd. rectè existimant. **Utrum**  
† autem in prima aut tertia persona nomen illud exprimatur, ni- 13.  
hil interest *arg. l. 3. ff. de his, quæ in testam. del. & l. 3. ff. de publ. judic.*  
Quin & † **impersonaliter** exprimi potest: veluti à N. cōtra N. 14.  
proponitur, uti secundum *Obrecht. d. c. n. 15.* opinatur *Umm. cit. loc.*  
De quo tamen valdè † dubitamus, quapropter & in medio id 15.  
relinquimus. *Hillig. ad Don. cit. loc.*

(c) Deniq; & † **rei nomen** exprimi debet, ut constare 16.  
possit, contra quem agatur. Qui si certus est, diligenter † desi- 17.  
gnari debet, *l. de unoquoq; 47. ff. de re judic.* Ubi contra † plures a- 18.  
gitur, refert, **utrum** singuli in specie an universè conveniantur.  
† **Si singuli in specie**, omnium & singulorum nomina sunt 19.  
expri-





- exprimenda, adeo, ut si contra fiat, reliquorum nomina exprimi postea nequeant. *Obrecht. d. c. 11. n. 19. & 20.* † Si contra plures universè agitur, non est opus cunctorum nominum recensitione, sed sufficit, si Præfecti nominentur: veluti contra Consules & Senatum N. propono &c. *Obrecht. d. loc. n. 21. & 22.*
20. Quid verò † si reus sit incertus? tunc enim cum † *Hillig. & Umm. all. loc. n. 49.* sufficere putamus, si facti species commodè proponatur *arg. l. sed si 11. §. proscribere 3. ff. de Instit. act. Oldendorp. de form. libell. pag. (mibi) 292. & seq.* Excludimus † autem non immeritò in hac th. nostra denominationem actionis, dicendo, ipsius nomen specialiter vel singulatim necessariò non esse exprimendum, vel non debere exprimi, † tam de Jure Civil. propter *Gloss. in l. 1. §. 1. voc. edere. ff. de edend. ibiq; Bart. n. 18. Giphon. ad l. 3. C. eod. Jure † Canon. c. dilecti 6. ibi: sed simpliciter &c. extr. de judic. quàm † etiam de More & stylo Curiarum teste Gloss. in Nov. 53. c. 3. voce libellum:* Siquidem ex causa petendi & medio concludendi qualitas intentatæ actionis facilè colligi & demonstrari potest, uti secundum *Gail. 1. obs. 61. n. 9. & alios* statuit † *Magnificus Dn. Ordinarius, Dn. Erasmus Ungepaur, Præses hujus Diss. Inaugur. exoptatissimus, Præceptor atq; Patronus meus sempiternâ grati animi memoriâ mihi devenerandus in Exerc. Justin. pen. q. 6.* Quam opinionem sibi etiam quasi propriam fecit † *Amplissimus Dn. Ludwell. in Not. ad Wesemb. Par. ff. de edend. n. 7. Adde Bach. ad Treutl. vol. 1. D. 4. th. 10. lit. C. circa fin. Umm. d. D. 6. th. 11. n. 51. in fin. & Dn. Carpzov. in p. 1. Const. 2. defin. 13. & 14.*
21. 22. (d) *Vult. lib. 2. §. R. c. 29.* † duas, *Umm. verò cit. loc. th. 12. n. 55.* † tres libelli præfationi clausulas inserendas esse arbitrantur, de quarum tamen natura & valore agere, non est hujus loci, sed membri subseq. 3. in quo fusiùs de clausulis tractaturi sumus,
23. Contra † *Vult. d. loc.* hic notandum venit, quod minimè † in exordio Libelli juxta præcedd. etiam necessaria sit imploratio officii Judicis ad compellendum I. Reum litem contestari & II. ad libellum oblatum respondere. † Prius enim quod at-
24. tinet, in recenti adhuc memoria teneo effatum † *Magnifici, Nobilis, & Amplissimi Viri, Dn. Rudolphi Wilhelmi Krauß, J. Cri. Eximii, Aula Vi-*
- 25.
- 26.
- 27.
- 28.
- 29.
- 30.
31. 32.
- 33.
- 34.



le Vinariensis Consilarii Saxonici gravissimi, Professoris Publ. celeberrimi Curia Provinc. Scabinatus & Facultatis Juridica Assessoris dignissimi, Præceptoris atq; Patroni mei summâ animi observantiâ jugiter prosequendi, in Collegio suo Practico, superiori anno instituto, & ad finem paucis intercurrentibus hebdomatibus feliciter perducto, obiter prolatum, ubi † pro cautela Reo observandum docuit, ut non illicò in Exceptione sive responsione litem contestetur, sed id deinceps in † secunda positione, im andern Satz/ & quidem in specie † in sua duplica faciat, instanter prius ab actore in Replica postulatâ litis contestatione. Posterius † quod spectat, scire est, illud ipsum in conclusione demum cum aliis petitionibus fieri debere, ut constat tam ex formula libelli in calamum dictata, prælaudati Magn. & Amplissimi Viri, quam etiam † aliis aliorum Pragmaticorum.

35.  
36.  
37.  
38.  
39.

Th. XV.

Narrationis coloratio est rerum principaliter in controversiam deductarum confirmatio. (a)

(a) Quæ tamen salvo libello † & abesse & adesse potest, modo † aliàs narratio commoda sit, & apta secundum propositam actionem conclusio sequatur. Vult. d. c. 29.

1.  
2.

Th. XVI.

Sequitur actionum cumulatio, quæ est actionis unius cum alia adversus eundem in eodem libello conjunctio & copulatio. (a)

(a) Rosbach. † in Prax. Civ. tit. 34. n. 1. Vult. d. c. 29. & Zas. ad S. si minus 34. n. 12. Instit. de Act. Atq; ordo † noster hic efflagitat, ut etiam nolentes volentes materiam de actionum conjunctioe & cumulatione, quam ex Hotom. Hilliger. † in Donell. En. lib. 21. c. 3. in Not. lit. A. pag. 716. multiplicem & confragosam appellat, primis, quod ajunt, labris quasi degustemus attingamusq;

1.  
2.  
3.

D 3





2. musq; Ex ipsa itaq; th. nostra luculenter patet, differre † hanc  
actionum cumulationem ab earundem concursu. Actionum  
5.6. enim concursus † ex jure est, cumulatio † hæc ex facto hominis  
7. arg. l. 76. §. pen. ff. de Legat. 2. Dn. Ludwell. d. c. 8. **Concursus** † est  
8. plurium actionum competentia, vel, uti secundum Obrecht. in d.  
tr. de form. libell. cap. 21. n. 5. latius perstringit Magnif. † Dn. Frantzkius  
Illustrissimi Ducis Saxon. ERNESTI Cancellarius eminentissimus in Ex-  
erc. 14. q. 1. **Concursus** actionum nihil aliud est, quam cum  
duæ pluresve actiones ejusdē rei nomine ex una causa vel pluri-  
bus, vel uno facto seu pluribus descendunt, & una adversus eun-  
dem competunt. **Cumulatio** † autem dicitur pluriū actionum  
9. competērium in uno eodemq; libello coacervatio seu coaduna-  
tio. Jason. in §. si minus 34. Instit. de act. n. 12. eumq; secutus præalle-  
10. gatus Magn. Dn. Frantzki d. loc. n. 2. Et in illo † differt à concur-  
su, quod in eo non necessarium sit, ut actiones simul & semel  
exerceantur, sed ut omnibus experiri liceat, quantumvis diver-  
11. so respectu. Ampliſ. Dn. † Fibigijs Jctus & Professor Pandectar. Publ.  
Clarissimus, Præceptor & Patronus meus non ita pridem observandus,  
vov̄ ev̄ ayiois, & post funera etiam ob insignes virtutes memoriā nun-  
quam intermoriturā mihi venerandus in Vindic. sui Magnifici Dn. Frantz-  
12. kii D. ult. q. 1. in pr. Hinc tum † demum actiones cumulari  
dicuntur, non si plures concurrant, sed si ex pluribus concur-  
rentibus duæ pluresve simul in eodem libello proponantur, vel,  
13. † ut præfatus Dn. Fibig. d. loc. si non saltem duo diversa remedia  
simul intentari, verum etiam una super utroq; sententia fieri  
queat, adde Mindan. lib. 3. de proces. c. 10. membr. 1. qui hæc duo con-  
fundere videtur, Umm. d. D. 6. th. 14. n. 62. Hujusmodi cumulatio  
14. regulariter † permessa censeatur, nisi jure reperiat prohibita  
arg. l. 11. ff. de Juridict. Gail. 1. obs. 63. n. 1. Myns. 1. obs. 25. circa fin. Ros-  
15. bach. d. loc. n. 2. & Vult. d. c. 29. n. 29. Immo & de † Jure Canon. cu-  
mulatio hæc disertè probatur per t. t. extr. de caus. poss. & propr.  
16. Nec deniq; cumulatio actionum abhorret à Jure † Saxon. quo  
Creditori contra unum eundemq; debitorem (aliud autem ob-  
17. tinet, † si plures rei sive debitores ex diversis causis obligati ad-  
sint, Magn. Dn. Carpz. ad Const. 2. in p. 1. desin. 6. ) tres actiones vel tria  
capi-



capita ex diversis etiam causis provenientia (atque non plura) in uno Libello proponere licet, *Ordin. Proc. judic. tit. 5. §. wir lassen auch versic. do aber die Clagpuncten ex diversis causis herrühren etc.* Ex quibus verbis à contrario sensu desumptis patescit, si actiones sive capita & puncta ex una eademque actionis causa, iisdemque concludendi mediis oriuntur, etiam plures quam tres actiones in uno eodemque libello proponere & cumulare posse, accedente insuper expressa dispositione moderni Serenissimi Elector. Saxon. in *all. Ordin. Proc. Judic. d. r. 5. & d. 5. Wir lassen auch etc. in pr.* Idque eò magis procedit in concursu Creditorum, ubi tot capita, quot inveniuntur, uno libello ac petitione licite comprehendi poterunt, *Ordin. Proc. Jud. d. lot. versic. Doch wollen wir hierunter etc. Consule Magn. Dn. Carpzov. ad Const. Elect. 2. in p. 1. defm. 4. & 5.* Ad Jus Civ. jam iterum regredimur, indicantes, quomodo ejusdem provisione cumulatio illa actionum prohibita sit. Prohibetur igitur ea tribus potissimum modis, I. si actiones illæ ad idem tendant. Neque enim ideo circa ejusmodi rei persecutionem plures actiones proditæ sunt, ut omnibus iis utamur, sed ut unam seligamus, quæ debitum consequi velimus, *d. l. 76. §. 8. ff. de Leg. 2. v. gr. Legatarii pro legato consequendo habent tres actiones, videlicet actionem personalem ex testamento, rei vindicationem & hypothecariam §. sed olim 2. vers. nostra autem, Instit. de Legat. Verum si cum omnes ad idem tendant, cumulari in uno libello nequeunt d. l. 76. §. 8. Zas. ad §. si minus 34. Instit. de action. & Schneid. ad d. §. n. 19.* II. si invicem sint præjudiciales, ita ut absolutoria sententia in una actione exceptionem pariat rei judicatæ in altera; v. gr. si cumulari nequeunt Rei vindicatio cum actione confessoria, quia sententia absolutoria in Rei vindicatione parit exceptionem rei judicatæ in confessoria. Quando enim constat, actorem fundi petiti dominum esse, frustra huic fundo servitutem deberi asserit *l. 16. ff. de except.* Sic si nec simul proponi potest Rei vindicatio cum actione communi dividundo *l. 18. ff. d. r.* Item si querela inofficij cum petitione hæreditatis; quoniam, si filius se injustè exheredatum esse probare non potuerit, ideoque

scri-

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.



scriptus hæres absolutus fuerit, hæc sententia absolutoria parit  
 exceptionem rei judicatae in petitione hæreditatis. *Zaf. ad d. §. si*  
 30. *minus 34.* † ubi plura exempla adjicit, & hanc ipsam secundam  
 32. nostram prohibitionem † limitat 4. modis, quos ibi videre licet,  
 quosq; hic libenter adderemus, nisi periculum esset, ut libellus  
 noster in librum sive volumen his & similibus limitationibus  
 32. excresceret. III. deniq; † si actiones sint sibi invicem con-  
 33. trariæ & repugnantes. Contraria † quippe allegans non au-  
 34. ditur *c. sollicitudini extr. de appellat.* & uno † contrariorum posito,  
 35. removetur alterum, inquit *Zaf. d. loc. n. 13.* Exemplum est † in  
*l. 1. C. de furt.* ubi servus meus mandavit Titio, ut ex pecunia mea  
 emeret prædium me nolente & invito, isq; Titius emit. Hic  
 36. duas † habeo actiones adversus Titium, actionem scil. manda-  
 ti, si contractum ratum habuero, & actionem furti, quia dum  
 sciens pecuniam meam à servo meo accepit, furtum commisisse  
 intelligitur. Idcirco cum hæ actiones contrariæ sint (contrari-  
 37. um enim est, † directò comprobare contractum & non com-  
 38. probare) cumulari simul non possunt per *d. l. 1.* Aliud † exempl.  
 39. se offert in *l. fin. pr. C. de Codicill.* quod ibidem perlustra. *Zafius* † ta-  
 men *d. loc.* cum protestatione vel etiam alternativè contrarias  
 actiones rectè cumulari posse præter *Umm. d. th. 14. n. 68.* notat,  
 40. e. gr. † cum actor incertus est, quænam actio competat *l. 1. §.*  
 41. *quia autem ff. quod legat.* quemadmodum † & quis rectè hæredi-  
 tatem ex testamento, si quod extat, vel ab intestato petit. *We-*  
*semb. in Par. ffor. n. 8. de petit. hered. adde Gail. 1. obs. 62. n. 4. & seqq.*  
*Schneid. ad d. §. si minus 34. Instit. de act. n. 16. & seqq. Rosbach. d. tit.*  
*34. n. 4. cum seqq. & Mindan. d. c. 10.* Placet huic ex parte aliqua  
 42. ventilatæ nobilissimæ materiæ † duas non minùs nobiles quæ-  
 43. stiones annectere; I. est, † An actio Civilis cum Crimina-  
 li ex ead. causa descendente in eod. libello cumulari pos-  
 44. sit? Et vulgò † Dd. existimant, cumulationem hanc omninò  
 45. esse prohibitam *arg. l. 2. §. 1. ff. de vi bon. raptor. nisi* † fortè princi-  
 46. paliter criminalis & incidenter Civilis moveatur: tum † enim  
 licitam esse volunt cumulationem. *Marent. in Spec. aur. part. 4. di-*  
*stinct. 1. n. 28. Scip. Gent. in tr. de concur. act. c. 20. circa fin. & Clar. 5.*  
*sent.*



*sent. S. fin. q. 2. n. 7. E contrario* † autem Umm. cui & nos † ad-47.48.  
 stipulamur, d. th. 14. n. 66. nihil impedire putat, quo minus in eo-  
 dem Libello tam principaliter quam incidenter moveantur, mo-  
 do † invicem præjudiciales non sint arg. l. 33. C. ad L. Jul. de adult. 49.  
 quò etiam pertinere videntur d. l. 2. §. nec non, & l. interdum 4. ff.  
 de publ. Judic. Hinc † rectè cumulantur actio injuriarum & actio 50.  
 L. Aquiliæ per text. in l. qui servum 34. ff. de obl. & act. & l. domini-  
 um 8. C. de injur. Gail. 1. obs. 63. n. 9. Myns. 1. obs. 25. Sic † propter 51.  
 fractam pacem simul ad poenam banni & restitutionem damni  
 agere licet Myns. 4. obs. 34. & Mindan. d. lib. 3. de proc. c. 11. membr. 5.  
 ubi & plures actiones criminales in uno eodemq; libello cumu-  
 lari posse docet per c. pastoralis 5. & seq. extr. de caus. poss. & propr.  
 II, quæritur, An † etiam in eod. libello possessorium cu- 52.  
 mulari possit cum petitorio? Quod (missis Dd. distinctioni-  
 bus inter interdictum retin. recup. & adipiscendæ possess.) † 53.  
 theoreticæ veritati magis consentaneum arbitramur per l. 18.  
 §. 1. ff. de vi & vi arm. l. 12. §. 1. ff. de acquir. poss. nisi † una ex prohi- 54.  
 bitoriis regulis suprâ explicatis impedimento sit, cum † Præcel- 55.  
 lentissimis illis Germaniæ JCtis, Magnifico Dn. Ordinario, Dn. 56.  
 Preside, in Exerc. Justin. ult. q. 1. & Ampliss. Dn. Ludwell. in Ex-  
 ERC. similiter Just. pen. th. 5. circa fin. & in process. d. c. 8. Præceptoribus  
 atq; Patronis mei in omne crastinum suspiciendû. Adde Umm. d. th. 14.  
 n. 67. Fach. 8. controv. 6. Gail. 1. obs. 63. n. 10. Hottom. Illustr. quest. 31.  
 & Zas. ad d. S. si minus 34. n. 20. & 21.

Th. XVII.

Expensæ Judiciales peti nominatim (a)  
 in libello solent adjectâ protestatione de futu-  
 ris & adhuc faciendis. (b)

- (a) Per all. † auth. infra in lit. mox seq. B. Diss. † Vult. lib. 2. 1. 2.  
 J. R. c. 29. n. 23.
- (b) Et hanc petitionem non solum utilem, sed † & ne- 3.  
 cessariam esse ex Jas. tradit Schneid. ad d. §. 1. n. 128. de act. Quam-  
 vis enim † regulariter victus victori, quoniam justam litigan- 4.  
 E di cau-



- di causam non habuit, in expensas condemnari debeat, ita, ut si Judex hoc neglexerit, ipse de suo eas resarcire debeat l. 13. §. 6. & l. 15. C. de judic. tamen hoc ¶ verum est, quando expensæ per partem expressè petitæ sunt: Cum Judex ¶ non teneatur officium suum ad privatam alicujus utilitatem impertiri, nisi antea imploratus l. 4. §. hoc autem 8. ff. de damn. infecto ibiq; Bart.
3. Quod si verò ¶ Judex suaptè sponte velit quem in expensas condemnare, puta, si ita ipsi & Assessoribus æquum forteàn videatur, potest id quidem facere, sed non ¶ præcisè tenetur. Gail. 1. obs. 151. n. 20. & 22. Myns. cent. 4. obs. 55. & Rosbach. in præx. Civ. tit. 35. n. 22. cum duob. seqq. qui ita in Camera ¶ quoq; Imperi. observari testantur.

Membr.  
3<sup>a</sup>

### MEMBRUM TERTIUM.

DE

CLAUSULIS.

Th. XVIII.

De Clausulis.

Clausulæ in foro inseri libello solent quædam post Exordium, quædam post facti narrationem, quædam denique post conclusionem. (a)

1. (a) Treutl. ¶ d. D. 4. th. ult. Umm. d. th. 12. & Vult. d. cap. 29.

2. Ad formam enim libelli ¶ accidentalem (uti in præced. th. 13. dictum) etiam Clausulæ pertinent, quæ ad sustinendum & salvandum libellum non parum conducunt. Unde Dd.

3. 4. Clausulas has ¶ salutare vocant & herba ¶ Boëtonicæ comparant, ideò, quod omnia libellorum vitia sanare dicantur, & quarum virtute ¶ Judex non rarò officium suum circa defectum libelli supplendum impertiri soleat Gail. lib. 1. obs. 61.

5. n. 22. Rosbach. d. tit. 35. n. 1. & Vult. d. c. 29. n. 33.

Th. XIX.

Quæ post Exordium adjiciuntur, communiter duæ sunt. (a)

(a) Vult.



(a) *Vult. † d. c. 29. n. 26. & Umm. d. loc. n. 55.* I. est, quā  
 sibi libellans † intacta servat omnia Jura ac privilegia.  
 in primis de non astringendo ad probandum non ne-  
 cessaria, sed ad ea tantum, quæ sufficiunt ad obtinendam  
 causæ victoriam: diesem nach bedinget er ihme (vel si Pro-  
 curator aut Advocatus) demselben (oder) seinem Herrn Prin-  
 cipalen alle vnd iede Beneficia Juris (indulten) so nach alle  
 gemeinen re. (inserantur Jura in genere) Clägern gestalts  
 ten Sachen nach zu gut vnd stattenkommen möchten / In  
 sonderheit aber mit vberflüssigen Beweis vnbeladen zu seyn /  
*de quibus & c. Umm. d. th. 12. n. 55. Rosbach. d. t. 35. n. 4. Schneid.*  
*ad d. §. 1. n. 121. & Magnif. Dn. Krauß. in formula libelli.* Hujus clau-  
 sulæ † hunc effectum esse volunt, quod liberet actorem à pro-  
 batione eorum, quæ incidenter in libello proposita sunt, & me-  
 rita causæ principalis non concernunt, cum actor, nisi clausulā  
 hanc sibi prospexerit, teneatur ad probationem omnium ac singu-  
 lorum, quæ in libello proposuit, ita ut nisi probaverit, causā ca-  
 dat. *Zaf. ad pr. Instit. de act. n. ult. Schneidw. d. n. 121. Instit. eod.*  
 Sed † fortassis opinio Baldi, quam citant *Schneid. & Umm. dd. in*  
*loc.* quod Clausula hæc nullius † ferè momenti sit, proba-  
 bilior est, quoniam aliàs actori nihil amplius probandum incum-  
 bit, quàm quod liti inseruit, vel quæ ipsi liti inserviant, *auth. in*  
*isto C. de Jurejur. propt. Calumn. l. 27. C. de probat. & l. 15. vers. neque*  
*enim inanibus & c. C. de rescind. vendit. & protestatio † super his,*  
 quæ non consistunt in potestate hominis, sed à Lege dependent,  
 nihil prodest, uti juxta *Bart. in l. non solnm §. morte 32. ff. de oper.*  
*nov. nunciat. Jacob Menoch. de presumpt. lib. 1. q. 97. n. 26. docet. Diss.*  
*Rosbach. d. loc. n. 6. & seqq.* In Judiciis † Saxon. subnecti præ-  
 dictæ Clausulæ solet illa, quā actor † sibi reservat arbitrium  
 desistendi à probatione, si quæ injungetur, reiq; juri ju-  
 rando litem ejusve partē comittendi: Daß Cläger ihme  
 auch vorbehalten haben wolle / wo ihme einige Beweisung  
 von nöthen oder rechtlichen zuerkandt würde / von der ganz-  
 en Clage / oder zum Theil abzustehen / vnd dieselbe Bes-  
 clag-



- elagten in sein Gewissen/ Wissenschaft vnd Wolbewust zu schieben: de qua vide artic. 6. lib. 1. art. 22. lib. 2. art. 9. lib. 3. ibiq; Gloss. & Ordin. Process. Judic. tit. 18. 19. & 20. Schneidw. ad d. §. 1.
9. *Instit. de act. n. 121. & Hillig. ad Don. En. lib. 23. c. 4. lit. D. II.* est ¶ quod libellus non in forma solenis libelli, sed qualiscunque petitionis & narrationis facti conceptus sit: Nicht zwar in Form eines herrlichen vnd zierlichen Libells, sondern nur schlechter Geschichts Erzählungs Weise etc. *Umm. d. n. 55. Vult. d. loc. & Magnif. Dn. Krauß. all. loc. Clausulæ*
10. huic hunc ¶ effectum tribuunt, quod solennem processum tollat, ita, ut de plano absq; Ordinario processu causam agere
11. liceat: Sed verius ¶ est, & hanc Clausulam nihil operari in libellis. Absurdum enim est, esse in potestate libellantis ex ordinario processu facere extraordinarium, *Umm. d. loc.* His duabus
12. quidam etiam hanc ¶ adjicere solent, quâ protestantur, se nihil convitii & injuriæ causâ, sed omnia secundum
13. jus & veritatem dicturos. Cujus eam ¶ vim & effectum esse existimant, quod à Calumniæ vitio liberet. Verum vero
14. ¶ similior est sententia *Obrecht. d. tr. c. 16. n. 9.* & ejusmodi protestationem nihil operari, quotiescunq; de calumnia constat *l. 3. l. 10. C. de injur. & c. 1. extr. de presumpt.* cum protestatio facta contraria nihil operari nec possit nec debeat. *Umm. d. n. 55. ubi in fin. ex Oldendorp. in tract. libell.* notandum monet, verba
15. ¶ illa: falsum est, falsò dicit: quibus Advocati sapius utuntur, injuriam secum trahere nullam.

Th. XX.

Facti narrationi quoque duæ adjici solent  
Clausulæ. (a)

1. (a) *Umm. d. loc. n. 56.* I. est, se pluries ¶ reum de restitutione amicè compellasse, at præter spem nihil obtinuisse: auch vngeachtet Beklagter von Clägern in der Güte vielfältig ersuchet worden / ihme gedachtes Gut wieder



Der zu restituiren vnd abzutreten / hat doch etc. Rosbach. d. tit.  
 35. n. 17. Umm. all. loc. Schneidw. ad d. §. 1. n. 121. cum seq. & Magnif.  
 Dn. Krauß. antea cit. Quæ Clausula hodiè † superflua & 2.  
 non necessaria communiter creditur, quoniam & Jure  
 Civ. nullâ præcedente denunciatione extrajudiciali quis in jus  
 vocari possit; dies enim interpellat pro homine l. magnam 12. C.  
 de contrab. & commit. stipul. & l. 14 ff. de R. J. Cujac. 16. obs. 7. Urba-  
 nitatis † tamen causâ adhiberi eam debere testatur Schneidw. 3.  
 ad d. §. 1. n. 123. arg. l. 13. pr. ibi: volo, cum Hibario loquari ff. de S. P. U.  
 Effectum ejus † hunc esse vulgò Dd. tradunt, quod ejus 4.  
 beneficio expensæ judiciales serventur. Nam si, absque de-  
 nunciatione vel commonitione quis in Jus vocatur, eæ peti non  
 possunt, cum excipere reus queat: Cur † mihi non denun- 5.  
 ciasti, spontè solvissem. Quod procedere cum Umm. d. loc.  
 n. 56. putamus, si † reus statim post exhibitum libellum bonam 6.  
 fidem agnoscat: tùm † enim eum in expensas, quæ in proces- 7.  
 sum extrahendum, citationem adornandam & libellum com-  
 ponendum factæ sunt, condemnare omninò iniquum esset.  
 Aliud est, si † Judicium suscipiat, & postea temerè litigasse 8.  
 convincatur. Et tunc verius esse videtur, eum † indistinctè 9.  
 in expensas condemnandum esse, quamvis etiam actor Clausu-  
 lam hanc non inseruerit. Umm. cit. loc. II. talis est, salvo † jure 10.  
 calculi: vel plus vel minus, prout probabitur; vel sal-  
 vo Jure superflui. Per hanc † autumant Dd. plus petentem 11.  
 à pœna plus petitionis liberari. Zas. ad d. §. si quis 33. vers. plus au-  
 tem Instit. de action. n. 2. Sed & hæc pro † supervacua meri- 12.  
 to habetur. Aut enim † per errorem plus petitur: & ipso 13.  
 Jure actor tutus est. Aut † scienter: & fieri non potest, 14.  
 quin protestationi factum contrarietur. Umm. d. n. 56.

## Th. XXI.

Conclusioni deniq; Dd. clausulas quas-  
 dam, easq; varias inserunt; sed nobis hîc tan-

E 3 tum



tum præcipuas & usitatiores perstringere allu-  
bescit. (a)

1. (a) *Vult. † d. c. 29. in fin. Schneid. d. l. loc. n. 126. & seqq. Ros-*
2. *bach. d. t. 35. n. 16. & Umm. d. th. 22. n. 57.* In iis autem † ordinan-  
dis procul dubio expedit sequamur ordinem, quem sæpius lau-  
datus *Magnif. Dn Krauß. in suo Coll. Practic. in form. libell. exhibuit*
3. *Exercitum igitur ducit illa, quâ † petit actor, de Jure pro-*  
*nunciari, decerni ac declarari, ut reus conven-*  
*tus condemnetur ad solvendum vel faciendum:*  
*Witter derowegen Cläger im Rechten zu erkennen vnd auß-*  
*zu sprechen / daß der Beklagte ihm die obbemelte Summ*  
*(addatur quantum) zu geben schuldig etc. (oder) daß obbes-*  
*rührtes Gut (inseratur ejus denominatio) sine eigenthüm-*  
*lich zuständig etc. Schneidw. d. n. 126. & Magnif. Dn. Krauß. d. loc.*
4. *Sed de hac Clausula vide mox in seq. 3. plura. Sequitur II. †*  
*quâ petit rem cum fructibus perceptis & percipiendis:*  
*item, cum omnibus accessoriis unâ cum expensis litis*  
*factis & faciendis: Daher Beklagter dasselbe Gut sampt*  
*aller empfangener Nutzung / wie die Namen haben magt /*  
*nebenst allen zugezogenen Schäden vnd verursachten Ge-*  
*richts-Kosten Clägern wiederumb einzureumen vnd zu ers-*  
*tatten schuldig. Rosbach. d. t. n. 19. & seqq. Schneid. d. loc. n. 128.*
5. *Magn Dn. Krauß. all. loc. Ad primum † hujus Clausulæ mem-*  
*brum quod attinet, sciendum, eam clausulam secundum non-*  
*nullos minimè necessariam esse, scil. quoad fructus, ante litem,*  
*contestaram perceptos, siquidem ea, quæ ante judicium acci-*  
*dunt, ad judicis officium non pertinent l. 25. §. 8. in fin. ff. de Ædil.*
6. *edict. Rosbach. d. loc. n. 21. Verum contra † eleganter disputat*  
*Gædd. ad l. 22. n. 17. & seqq. de V. S. & l. 81. ff. eod. ex quibus texx.*
7. *elicere † possumus, Judicem re petitâ omninò teneri, reum,*  
*quoad fructuum aliarumq; accessionum restitutionem conde-*  
*mnare, Umm. d. n. 57. cum verbum restituendi hæc omnia in se*  
*contineat l. 35. l. 75. & d. l. 81. ff. d. t. Quam posteriorem senten-*  
tiam



tiam in Camera quoque obtinere tradit *Myns. 4. obs. 55.* Secundum  
† membrum quod spectat, id satis excussum arbitror in  
*zh. anteced. 16.* quò me relatum volo. III. est, † quàm petit actor  
reum legitimis remediis compelli: *Ihn auch Beklagten durch ordentliche vnd bequeme Mittel der Rechte darzu  
anzuhalten vnd zu bringen. Umm. d. n. 57. Schneidw. d. loc. n. 126.*  
† Magn. Dn. Krauß. *all. loc.* Hancq; † Clausulam citati & alii  
Dd. plerumq; tanquam alterum membrum primæ Clausulæ ad-  
jungunt, de qua alii † nonnulli, ut *Bart. in l. i. C. de except. rei jud.*  
† *Oldendorp. in tract. libell. pag. (mibi) 306.* talem concipiunt spem,  
putantes, eam æquè esse necessariam quoad utrumq; membrum  
ita quidem, ut, siue prius siue posterius omittatur, libellus suum  
effectum habiturus non sit. Sed † verius videtur *Dn. Ludwell.*  
*in process. d. c. 8.* unum ex his sufficere; si enim actor reum con-  
demnari petierit, sententiam suam etiam exsequi tenetur Judex,  
quia petitio condemnationis executionem continet *Treutl. d. D.*  
*4. th. ult. lit. C.* & qui vult † consequens, velle etiam videtur an-  
tecedens *l. 56. & l. 62. ff. de Procurat. Schneid. d. loc. n. 127. adde Ja-*  
*son. in S. 1. Instit. de act. n. 139.* Tertiam nunc excipit IV. quàm †  
petit causæ cognitionem omni meliori modo & formâ,  
quatenus id de jure, consuetudine & statuto fieri pot-  
est, solet ac debet: *Solches alles / vnd was sonst pro qua-*  
*litate negotii am füglichsten vnd in der aller beständigsten*  
*Form vnd Maß / als solches Crafft vnd Vermöge der Rechts-*  
*ten / guten Gewonheiten / Statuten oder Landsordnungen hets-*  
*te gebeten etc. Rosbach. d. t. 35. n. 16.* (vel ut † *Magnif. Dn.*  
*Krauß d. loc.*) *Solches oder was sonst gestalten Sachen*  
*nach am füglichsten vnd besten Inhalt der Rechte hette ges-*  
*beten werden sollen / können oder mögen / stellet Kläger zur*  
*Recht vnd dessen Erkendnis etc.* Hujus Clausulæ ponunt †  
effectum, quod ejus intuitu semper pro actoris intentione li-  
bellus intelligendus & interpretandus sit, adeò, ut si jus com-  
mune deficiat, nihilominus per Jus statutarium aut consuetudi-  
narium sustineatur, ut *Umm. juxta Oldendorp. & Rosbach. secun-*  
dum

898

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17



18. dum *Jasonem dd. in locc.* perhibent. V. est, † quâ nobile Judicis officium implorat: *Kusst hierüber an ewer Adeliches Richterliches Ampt etc. Umm. d. loc. Rosb. all. loc. n. 25. Schneid.*
19. *d. loc. n. 129. & Rotschitz in proc. pag. (mibi) 20.* Quam † utilem admodum esse Dd. referunt, quippe Judex, nisi officium suum singulariter invocetur, non vel rarò succurrat *l. 4. §. 8. ff. de damn. infect. & l. 18. ff. comm. div. cum preall. Dd. VI.* est, † quâ super omnibus & singulis Jus & Justitiam sibi administrari petit: *Bittende / ihme Recht vnd Gerechtigkeit hierinn allenthalben zu administriren vnd mit zutheilen. Teuber. in proc. cap. 3. Schneid. & Umm. dd. locc.* Et hæc † Clausula plerumq; cum superioribus duabus conjungi solet, ita ut Schneid. eas pro una eademq; habere videatur. Sortitur aliàs secundum Dd. †
20. **insignes effectus**, quorum † præcipuus est, quod, licet conclusio omittatur vel inepta sit, tamen virtute hujus Clausulæ nihilominus libellus sustineatur. *Jason. ad §. 1. Inst. de act. n. 147. & seqq. Gail. 1. obs. 61. n. 11. & 12.* Unde † si ex narratione facti plures elici possunt actiones, quarû quædam sunt aptæ, quædam ineptæ, illa per clausulæ hujus adjectionem electa & in jus deducta censetur, quæ apta est & valet. Per hanc enim † Clausulam remediû omne & competens & ex narratis resultans in judiciû deductum videtur; Quare pro † cautela ex Angel. notat. *Schneid. d. n. 129.* ut, quando quis propter facti vel Judicis incertitudinẽ nescit vel dubitat, quænam actio sibi competat, factum diligenter & congruè narret atq; loco cõclusionis specialis hanc Clausulam simpliciter adjiciat: Super † quibus omnibus & singulis peto Jus & Justitiam mihi administrari, omni meliori modo & formâ, quâ id de Jure fieri potest, ac debet. *Jason. d. loc. & Rosbach. d. loc. n. 13. & 14.* Quam tamen etiam tum † demum de Jure Saxon. effectum habere dicit Magn. Dn. Carpzov. si † quoquo modo petitio tolerari queat, aut quando de actione non satis constat, uti dictum, *wann aus den Libell der Clagen Grunde vnd das medium concludendi nicht eigentlich vnd*



899  
vnd gewiß zu ersehen / in p. 1. Const. 2. defn. 15. n. ult. adde Hartm.  
Pistor. obs. 71. n. 2. VII. & ultima clausula est, quæ in fine libelli  
addi consuevit, † salvo Jure (vel arbitrio) addendi, minu- 30.  
endi, corrigendi & mutandi libellum, vel quicquid  
aliàs actori consultum videbitur: Mit Vorbehalt / die  
angefalte Clage zu ändern / mindern / bessern / oder was sonst  
sten des Clägers Gelegenheit dñfals seyn mag. Sch. d. loc. n. 130.  
Umm. all. loc. n. 57. Rosb. d. tit. 35. n. 26. & Teub. d. c. 3. & 4. Hæc clausula  
utut † communiter libellis adjiciatur, attamē nihil † præter jus 31. 32.  
Civ. operatur, Bart. in l. nescimus 34. ff. de negot. gest. lit. B. & C.  
Jas. in l. edit. 3. C. de edend. Obrecht. d. tr. c. 16. n. 37. & cum eo re-  
centiores in univèrsum ferè omnes, uti testis est Umm. d. loc.  
Ratio, † quia jure communi certa norma emendandi mutan- 33.  
diq; libellum constituta & introducta est, quæ, cum à Jure non  
à voluntate vel arbitrio alicujus dependeat, protestatione hujus  
clausulæ tolli nequit, l. 38. ff. de pact. Rosbach. d. n. 26. & 27. Id  
quod etiam de Jure † Saxon. observatur, Ordin. Proc. Judic. 34.  
tit. 5. statim post pr. his verbis: Nach demman aber zu salvirung  
des Libells gemeiniglich am Ende die gewöhnlichen Clausuln  
mit anzuhengen pflegt / so mögen zwar dieselben dohen wol in acht  
genommen / iedoch mehr vnd weiter nicht / als sich ihr Effect zu  
Recht erstreckt / vnd die Narrata an ihme selbst leiden vnd mit sich  
bringen / extendiret werden. Vult. in all. c. 29. in fin. præfatæ Clau-  
sulæ nostræ subjicit hæc verba: † atq; in totum tollendi: 35.  
Oder dieselbe ganz auffzuheben. Quod ibidem tamen † ante 36.  
non etiam post litem contestatam concedit & quidem non  
aliter, quàm refusus expensis. Verùm quomodo & quan-  
do hæc omnia procedant infra † extemplò dicetur.

Et ita de Clausulis pro stylo Curiarum  
adjici solitis.

D

MEM-



Membr.  
4. s. ult.

MEMBRUM QUARTUM  
SIVE ULTIMUM.

DE

Mutatione Libelli, ejusdem Adjunctis, Fine  
& Effectu.

Th. XXII.

De muta-  
tione li-  
belli.

Mutatio Libelli vel totalis est, vel partia-  
lis. (a) Totalis est, quâ totus Libellus tollitur  
& aboletur, ita, ut actor vel omninò ab actione  
desistat, vel alium novumq; Libellum loco pri-  
oris offerat. (b)

1. (a) Vult. † lib. 2. §. R. c. 30. n. 74. & juxta eum Dn. Ludwell.  
in D. Pandect. 26. th. 38.
2. (b) Rosbach. † in Prax. Civ. tit. 34. n. 25. secundû Schneid. ad  
§. si minus 34. n. 6. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 23. c. 5. lit. C. Gl. & Dd.  
ad l. edita 3. C. de edend. hanc mutationem appellat † libelli sub-  
stantiæ variationem, & veteri actione relicta, novæ  
propositionem. Atq; Socin. quem allegat Umm. d. D. 6. th.  
4. 16. n. 76. inquit, † mutare esse ab edita actione recedere, & ali-  
um libellum formare; veluti: si † prius ex causa depositi, post  
ex commodato agere velim, aut si prius intentavi actionem ar-  
borum furtim cæsarum, & postea actionem L. Aquiliæ movere  
cupiam. Quousq; autem mutatio illa licita sit, videbimus † in-  
frâ in th. seq. 24. Notandum † hic, tam quoad emendationem,  
quàm totalem mutationem, actorem Reo teneri ad refusionem  
expensarum l. 18. §. ult. ff. de vi & vi arm. Specul. lib. 2. part. 3. tit. de  
expens. §. si ante 3. n. 11. Jacob. Schult. obs. 48. n. 36. Quod & verbis  
disertis sancitum † à Serenissimo Dn. Elect. Saxon. in Or-  
din. Process. Judic. tit. 5. §. Do auch einer versie. Er wolte  
dann die vorige Clage ganz fallen lassen vnd eine newe fürs  
bringen / vff solchem Fall ist er gleichwol dem Beklagten zus  
vorn
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.



vorn die Unkosten vff Richterliche Ermessung zu erstatten  
 schuldig / uti secundum Zob. & Berlich. notat Magn. Dn.  
 Carpov. p. 1. const. 11. defm. 9. Placet hic in disquisitionem vo-  
 care, † An litem deserere seu ipsi renunciare & eam,  
 vicissim restaurare liceat? Distinctè † hoc in loco proce-  
 dendum est; Quoad † prius igitur quæstionis membrum di-  
 stingvimus inter **Civilia & Criminalia Judicia**: In illis  
 enim indiscriminatim putamus renunciationem volente reo lici-  
 tam esse, tam antè quàm post litem contestatam l. *postquam*  
*liti 4. C. de pact. l. destitisse 10. ibiq;* Bald. ff. *de judic. & auth. qui semel*  
*C. quomodo & quand. jud.* In † his verò minimè, (regulariter scil.)  
 cum à crimine semel intentato accusator post inscriptionem ci-  
 tra abolitionem (quæ triplex est) desistere nequeat l. 1. §. *si quis 7.*  
*l. 12. & l. 13. §. 1. ff. ad SC. Turpill. ibiq;* Wesemb. n. fin. Arnold. Corvin.  
 eod. tit. & Umm. d. loc.. Quoad posterius † membrum, id ne-  
 gamus simpliciter per l. 4. C. *de pact.* Ulterius quæritur, † An A-  
 ctor reo invito litem protrahere seu differre possit?  
 Et hic negativæ † subscribimus sententiæ per Nov. 112. c. 3. *princ.*  
 & inde d. desumptam *auth. qui semel C. quomod. & quand. Jud. adde*  
*Bald. ad d. l. destitisse 10. & Umm. d. loc.* quem haud † immeritò se-  
 quimur, siquidem litem semel cœptam protrahi non posse no-  
 biscum statuit, **quin potius contra † licere reo** (puta dilatio-  
 nem recusante in eamq; non consentiente) juxta d. c. 3. proce-  
 dere & ipsi controversiæ finem imponere, ita † ut super ea dein-  
 ceptus amplius molestari non debeat.

8.  
 9.  
 10.  
 11.  
 12.  
 13.  
 14.  
 15.  
 16.  
 17.

Th. XXIII.

Partialis mutatio (quæ à Dd. communiter  
**EMENDATIO** vocatur) est, quâ salvâ actione  
 libello aliquid additur vel detrahitur: & u-  
 trumq; illud fit, vel errorem, qui in eo est, e-  
 mendando, vel quod deest supplendo, vel

F 2 quod





quod redundat, refecando, vel deniq; quod ob-  
scurum est, declarando. (a)

1. (a) *Vult. d. n. 74. & Ampliff. Dn. Ludwell. d. th. 38. † Rosb. d. loc. n. 26. cum Dd.* hanc mutationem per compendium quasi no-
2. bis describit, & dicit † emendationem esse libelli malè conce-
3. pti aut formati in melius reformationem, salvâ ejusdē substantiâ
4. *Schneid. ad d. §. si minus 34. Instit. de act. n. 5. Socinus † verò ad cap. 2. n. 121. extr. de libell. oblat.* in describendâ hac mutatione
5. planè à nostra stat parte, adtestante *Umm. d. loc. th. 16. n. 75.* & †
6. brevioribus hæc omnia comprehendit, dum inquit: emendatio
7. versatur circa personas necessariò in libello exprimendas, facti
8. speciem & conclusionem. Ex. † gr. I. Si rem petii ex Jure dire-
9. cti domini, mihi licet rem petere ex jure domini & verbo (dire-
10. cti) detracto, aut verbis (vel quasi) additis. II. Si † institui
11. contra te actionem ex vendito ad 100. & postea in libello adhuc
12. 50. addidi ex ead. causa. III. † Si simul petitorium & possessori-
13. um intentavi, horum alterum omittere possum. Et. IV. † Si rem
14. communem pro dimidia dividi petii, eam vel pro tribus quartis,
15. vel unica quarta petere mihi licet & c. Adde *Schneid. d. loc. Hillig. in Donell. Encl. d. c. 5. lit. C. Umm. d. n. 75. & Socin. d. loc. n. 123.* ubi pluribus hoc deducunt.

#### Th. XXIV.

Utraq; non tantum usq; ad litem contesta-  
tam, sed etiam usque ad sententiam locum  
habet: (a) quamvis Dd. mutationem totalem  
tantum usque ad litem contestationem admit-  
tant. (b)

1. (a) Proponitur in hac th. nostra quæstio illa tricus quàm
2. pluribus involuta, † **An actio in libello mutari possit?**
3. Et nos id indistinctè † tam ante quàm post litem contestationem
4. licitū esse intrepidè asserimus † cum Magn. Dn. Ordinario, Dn.
5. **Præside in exerc. Justin. 15. q. 7. & Ampliff. Dn. Ludvvell. in**

Comm.



*Comm. Instit. ad §. si quis 35. Instit. de action. in D. Pand. 26. th. 39. & in Not. ad Wesemb. Par. ff. de edend. n. 8. qui vel soli † (ut nullum dubium) dissentientium arietes repellere possunt. Ne autem quis nobis objiciat, hic nos autoritatibus tantum non autem Legibus pugnare: Sciat, nostram assertionem probari, † primò per l. 4. §. ult. ff. de noxal. act. ubi post litem contestatam ita mutatur actio, ut ex directa fiat noxalis vel contra; deinde † per §. si quis 35. Inst. de action. ubi Imper. permittit in eodem judicio actionem corrigere & mutare, ergò etiam post litem contestationem, quia ab ea demum judicium incipit, ut supra in th. 1. lit. F. à nobis dictum. Veritati † igitur magis conveniens est, licere actionem tam post quam ante litem contestatam non emendare modò, sed etiam mutare; quod manifestè probatur per l. 18. §. 1. ff. de vi & vi arm. Sed ita † tamen, ut mutatio ista fiat juxta auctoritatem & æquitatem jus dicentis l. 3. C. de edend. & reus indemnis servetur l. 79. ff. de Judic. Dn. Ludwell d. loc. & Umm. d. th. 16. n. 79. Adde Arum. Exerc. 17. th. 5. Wesemb. ad §. si minus 34. Inst. de action. Treut. d. D. 4. th. fin. lit. D. ibiq. Bachov.*

(b) *Lanfranc. † in Pract. c. 5. n. 21. Schneid. ad §. 1. n. 131 & ad §. si minus 34. n. 8. & seqq. Instit. de act. Umm. d. th. 16. Rosbach. tit. 34. n. 27. cum seq. & alii ab his & Treutl. d. loc. allegati. Verum enim verò † quod hæctenus de libelli mutatione prolatum, id de Jure nostro † Saxon. non obtinet. Nam longè aliter illo Jure huic jam moro dubio provisum est, nempe † per quarandam, quam actor (si scil. † Reus eam antè petierit Dn. Carpz. ad Const. Elect. Aug. 4. part. 1. defn. 3.) realiter † actu corporali (puta † stipulata manu, vel tacturâ baculi an Gerichtsstab Georg. Schultz. in Paratitl. Constit. Elect. d. const. 4. in causis † criminal. ad evaginatum † gladium, uti secundum Königk. in Process. cap. 9. refert Treutl. d. lit. D.) Judici præstare tenetur, In dem der Kläger mit Handgeben die Gewähr der Clagen angeloben muß. Landr. lib. 1. art. 63. lib. 2. art. 15. & lib. 3. art. 14. Weichbild art. 40. & 115. d. Nov. Const. Elect. Aug. 4. adde Process vnd Gerichts-Ordnung tit. von der Gewähr 12. Cujus † effectus imprimis duplex est, ut videl. 1. habeat vim † evictionis, unde etiam die Gewähr der*

4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14. 15.  
16.  
17.  
18.  
19.

§ 3. Clage





- Clage nuncupatur, & 2. ut post præstitã quarandam (utiq; autẽ antè) Actor † libellũ amplius mutare nõ possit *d. art. 14. & d. art. 115.*
20. *Const. Elect. 11. circa fin part. 1.* † His subjungit Dn. Carpz. & 3. quod scil. actor Reum, si is postea ejusdem causæ nomine ab alio conveniatur, in judicio defendere teneatur *d. Const. 4. defn. 1. n. 2.*
21. *& 3. ut & ad d. Const. 11. defn. 1.* Deniq; accedit etiã quod † hodiẽ, cum omisã quarandæ præstatione lis purè contestata est, mutatio † libelli, aut dilatio juramenti (die Clage ins Gewissen zu schieben) Actori non permittatur *d. Const. 11. versic. So ordnen vnd wollen wir / daß in beyden Fällen / wann die Gewähr angelobet / oder der Krieg Rechtens befestiget / der Kläger nicht mehr Macht haben sol / die Clage zu endern etc.*
22. Idq; verbis disertis expressum † in ordin. process. judic. tit. 5. §. Do auch einer *versic. wann aber derer beyder. Dn. Carpz. ad D. Const. 11. defn. 2. n. 6. & 8. nec non. defn. seqq. 12. & 13.* ubi jam dicta limitat, perhibendo, etiam † post quarandam præstitam vel litem contestatam declarare licere libellum obscurum, aut eum mutare in petitione videl. hæreditatis aliisq; judiciis univer-
23. salibus. Obiter hic duo † notare lubet, I. † quod præfata quarandæ præstatio pertineat ad cautionem, quam actor etiam de Jure communi præstare cogitur, se in lite ad finem usq; perseveraturum: ideoq; (ut monet *Treutl. d. lit. D. & Diss. seq. 5. th. 3. lit. G.*) in usu practico ferè ab initio inter dilatorias cum petitione cautionis super expensis & reconventionem conjungitur. II. † quod Actor, si forsã contra † hoc promissum aliquid fecerit, (puta emendando aut corrigendo libellum) † quarandam fregisse dicatur, daß er die Gewähr gerühret habe. *Schneid. ad d. §. 1. n. 132. & ad d. §. si minus 34. n. 15. Instit. de action. ubi & n. 133.* de pœna † hujus fractæ & violatæ quarandæ plura vide.
24. Adde † Dn. Carpz. *ad d. Const. 11. defn. qui 10. n. 4. f. ult.* istam pœnam prorsus in desuetudinem abiisse, nec alio modo actorem † hodiẽ, etiam de observantia † fori Saxonici puniri, quam solã expensarũ refusione, cum *Wehner. in obs. Pract. verb. Gewähr* testa-



festatur. Ad quarum refusionem actor quoq; tenetur, si is ante  
† praestitam **quarandam** vel litem contestatam in ipso termino  
libellum mutare velit, & ad hoc reum transmissio libello muta-  
to citari non fecerit, *Ordin. process. Judic. d. tit. 5. § Da auch versic.*  
*würde aber der Kläger ic. usq; ad fin. in tantum, † ut actor cum*  
*nova actione & mutato libello non audiatur, nisi † expensae fue-*  
*tint restitutæ, docente secundum Jason. in l. edita 3. C. de edend.*  
*n. 37. Dn. Carpz. part. 1. constit. 11. desin. 11.*

36.

37.

38.

**Th. XXV.**

**Propria Libelli adjuncta sunt 1. ut sit sim-** De adjunctis libelli.  
**plex non conditionalis aut alternativus; (a) 2.**  
**ut certus sit non incertus aut generalis: (b) 3. ut**  
**clarus sit non obscurus; (c) & 4. deniq; ut debi-**  
**tam quantitatem non plus minusve contine-**  
**at. (d)**

(a) Regulariter enim Libellus † alternativus non  
admittitur *arg. l. 7. §. 4. ff. de injur. quia alternativa oratio † ob-*  
*fcuritatem & incertitudinem parit c. fin. extr. de rescript. Gail. lib. 1.*  
*obs. 62. n. 1. & seqq. Certis tamen † casibus & alternativus li-*  
*bellus valet & recipitur, ut I. † si alternatio illa oriatur ex facto*  
*alieno l. 1. §. 4. ff. quod legat. ibiq; Bartol. n. 1. Gail. d. obs. 62. n. 4. Umm.*  
*d. D. 6. th. 15. n. 69. II. † si ex obligatione alternativa agatur, ut*  
*in casu l. 2. C. de rescind. vendit. Gail. d. obs. n. 10. Myns. 2. obs. 42. &*  
*Treutl. D. 4. th. 11. lit. B. III. † si quis experiatur actione hypothe-*  
*caria per text. in l. si fundus 16. §. in vindicatione 3. ff. de pignor. & hy-*  
*pothec. l. 2. ff. quibus mod. pign. v. hypoth. Gail. d. obs. 62. n. 8. & Treutl.*  
*d. loc. I V. † si res vel ejus aestimatio petatur Gail. all. loc. n. 5. circa*  
*fin. Myns. 4. obs. 11. Hisce prioribus casibus adjicit adhuc duos*  
*† Dn. Carpzov. in part. 1. Const. 2. desin. 9. & 10. videl. quod libel-*  
*lus alternativus omninò recipiendus in † causis Mercatorum,*  
*& deinde in causa † criminali, in qua Actori vel Rei conde-*  
*mnationem vel torturam petere liceat, id quod ex Nicolai*  
*Reuf-*

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.





11. Reufneri Decisionibus pro † **Cautela** notandum docet *cit. loc.*
12. *defin. 9. n. 4.* Plures † allegat *Socin. ad d. c. 2. n. 74.* **Observandum**
13. † hic, libellum alternativum à Reo ante litem contestatam non impugnatum subsistere & postea in processu declarari posse.
14. Quod si autem contra † ipsum exceptum fuerit & Actor ante
15. litem contestationem illum non emendarit, dicemus cum † *Umm. cit. loc.* processum retrò nullum esse. Videatur etiam *Gail. d. loc. n. 11. & 12.* qui ibidem pro Reo convento cautelam perlustratione non indignam subjungit.
16. (b) Quod adeò verum est, ut in **criminalibus** † libellus incertus & generalis ipso jure nullus sit, etiam parte non opponente *arg. l. 3. ff. de accusat. in † Civil.* verò ipso jure subsistat; sed ita, ut ad oppositionem partis ante litem constatam declarandus sit, *Gail. d. obs. n. fin. † & Umm. d. loc. n. 70.* ubi legitimæ & dotis petitionem nec non universalis & generalis Judicia, ut hæreditatis petitionem, actionem neg. gest. tutelæ & c. excipit.
17. **Rosbach. † tit. 33. n. 47.** adhuc 4. exceptiones recenset, quas ibidem perspicere licet.
18. (c) *Auth. † offeratur C. de litis contest. & l. fin. C. de annal. except.*
19. **Obscurus** † autem erit, si contineat ambigua, æquivoca, dubia & c. Valet tamen hujusmodi libellus (nimirum in **Civil.** † aliud enim obtinet in **Criminal.**) si Reus contra eum non exceperit, & ex actis aliquo modo declarari possit
20. *Treutl. d. th. 11. lit. A. Gail. d. obs. 62. n. 11. & 13.* Et † **generaliter notandum**, libellum obscurum, inordinatum, incertum,
21. siquidem à reo contra eum ante litem contestatam † non exceptum sit, subsistere & postea in processu litem declarari posse; quod si verò † contra eum exceptum fuerit, & actor illum ante litem contestatam non emendaverit, processum (ut jam sæpius dictum) ipso † jure nullum esse. *Zaf. ad d. §. si minus 34. n. 3. Instit. de action. Umm. d. th. 15. n. 71. & Dn. Ludwell. in Not. ad Par. Wesemb. de edend. n. 4. in fin.*
22. (d) Nam si plus † debito (quod non rarò evenire solet, ut nos docet *Schneid. ad §. si quis agens 33. Instit. de action.*) in libello
23. 10



903  
lo quis petierit, non quidem libellus per exceptionem infirma-  
tur, sed tamen † plus petitionis pœna ipsi subeunda est d. §. 33. de  
qua, ejusq; modis in seq. th. laxius † tractare & utilitati & scopo  
nostro erit consentaneum.

28.

29.

Th. XXVI.

Plus itaq; petere 4. quis dicitur modis; (a)  
videlicet re, (b) tempore, (c) loco (d) & cau-  
sâ. (e)

(a) Per † d. §. si quis agens 33. Instit. de action. & cap. unic. 1.  
extr. de plus petir. Gloss. † ad ejusdem §. versic. plus autem, de his- 2.  
ce modis hunc habet versiculum:

Plus petitur causâ, vel tempore req; locoq;.

(b) Re, sive † (ut Paul. lib. 1. sent. tit. 10.) † summâ plus 3. 4.  
petit is, qui majorem, quantiratem aut summam, quàm sibi de-  
betur, puta 20. pro 10. exigit d. §. 33. d. vers. plus autem. Re rursus  
tribus † modis, genere, specie & quantitate. Genere, † 5. 6.  
qui petit equum & bovem, cum alterum tantum debetur.  
Specie, † qui pro fundo Corneliano petit Sempronianum, vel 7.  
contra. Quantitas † deniq; alia est continua, alia discreta. 8.  
Continuâ † igitur quantitate plus petitur, si integram quis pe- 9.  
tit domum, ubi ejus pars tantum debetur: Discretâ, † si 200. 10.  
aureos quis petit, cum 100. tantum sunt in obligatione. Obrecht.  
d. tr. c. 19. n. 5. & juxta eum Umm. d. tb. 15. n. 72.

(c) Tempore, † qui præmaturè sive ante diei vel con- 11.  
ditionis eventum petit d. versic. plus autem. Obrecht. d. loc. n. 10.  
Ex gr † stipulatus à te 100. proximis Calendis May, non expe- 12.  
ctatâ illâ die peto dictam pecuniam Calendis Martiis. Item † 13.  
si stipulatus à te 100. sub hac conditione, si navis ex Asia vene-  
rit, statim antequam navis venerit, peto. Utroq; † casu plus 14.  
& præmaturè peto. Quâ † enim ratione, qui tardius solvit, quàm 15.  
solvere deberet, minus solvere intelligitur: §. fidejuss. 5. in fin. Inst.  
de fidejuss. l. solidū 85. ff. de solut. & l. 12. §. 1. ff. de V. S. eâdem etiâ ratione  
qui præmaturè petit, plus petere videtur d. versic. plus autem. ibiq;

G

Rittersh.



16. *Rittersh. & Schneid. n. 2. & seq.* ubi † quadrupliciter hanc pluris petitionem procedere dicit.
17. (d) **Loco** † plus petit, qui id quod certo loco, puta Ephesi sibi dari stipulatus est, alio loco, puta Romæ petit, sine
18. † commemoratione loci conventi *d. versic. plus autem, & l. 2. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. Umm. Rittersh. & Schneidw. num. 4. all. locc.*
19. (e) **Causâ** † deniq; sive (ut *Paul. d. lib. 2. sent. tit. 10. eumq; secuti Giphart. & Bach. ad d. §. 33. n. 4.*) † **qualitate** plus petit, qui in modo & forma obligationis plus postulat, quam in ea comprehensum: veluti, † si cum in genere vinum debeo, tu Malvaticum petas *d. §. 33. versic. præterea;* Item, † si ex **promissione alternativa** (cujus electio ad reum conventum pertinet))
23. eâq; tam simplici quam mixta purè agatur. **Simplici**, † si Stichum petas, ubi vel Stichum vel 10. debebam. **Mixta** † ut si quis 10. Noribergæ, aut Stichum Lipsiæ dare promittat, & Noribergæ de Sticho conveniatur. *Zaf. ad d. vers. præterea. Umm. d. th. 15. n. 72.* Qui igitur uno horum prædictor. modorum plus petiisset, is **Jure † Veteri** causâ cadebat, (sive) litem perdebat
26. *d. §. 33.* Sed † hodiè, si quis **tempore plus petit**, ex Constit. Zenonis sine † **interusurio** (quod est usus sive commodum mediæ temporis *l. 9. §. 7. ff. de pecul. adde Coras. lib. 1. miscellan. c. 20.*)
28. duplicantur † **induciæ**, quas reus ad solvendum habebat, i. e. † alterum tantum temporis, quantum vel ex pactione vel ex natura actionis reo ad solvendum concessum erat, debitori indulgetur: nec † priùs etiam post tempus illud elapsum actionem suscipere cogitur, quam ipsi litis expensæ restitutæ fuerint *d. §. 33. & §. pen. versic. hodiè Inst. de Except.* ubi Imper. rationem addit
31. hanc: ut † actores tali poenâ perterriti tempora litium doceantur observare. Huc apprimè faciunt. † etiam *c. un. extr. de plus petit. & l. 1. C. eod. Rittersh. ad d. §. 33. vers. sed hac quidem.* Quod
33. si verò **reliquis † modis**, puta, re, loco vel causâ plus petat, ex Constit. Justin. triplum damni, quod ex ea petitione sensit reus, eidem restituere compellitur *d. §. 33. in fin. & l. 2. §. 2. C. d. t.*
34. **Excepto † uno casu**, quo etiam hodiè adhuc Jus Verus observat



servatur, ut is, qui plus petiit, causâ cadat, videl. si quis, † re plus  
 petat, cautione callidâ interpositâ, seu per dolum & machina- 35.  
 tionem *l. 3. sive fin. C. d. t. de plus petit*: Ex. gr. † si creditor per do- 36.  
 lum exegerit à debitore cautionem seu chirographum de mayo-  
 re pecunia, eamq; iudicio petat, ac de eo post litem contesta-  
 tam convincatur. Nam † ante litem contestatam locus est poë- 37.  
 nitentiæ *d. l. fin. C. d. t. Rittersb. ad d. versic. sed hac quidem*. Aliud  
 autem obtinet, † si minus, quàm sibi debetur, quis petierit, 38.  
 v. gr. 5. pro 10. Id enim † ipsi fraudi esse non debet, sed potest 39.  
 nihilominus agnito errore reliqua 5. petere, & eodem iudicio  
 persequi §. 34. *Inst. d. t. de action. d. l. 1. §. fin. & l. 2. §. 1. C. d. t. de plus*  
*petit*. Idem est, si non minus, sed rem aliam † pro alia pe- 40.  
 tierit, veluti Stichum servum pro Erote, vel ex † alia causa, 41.  
 puta, si 10. ex testamento petiit, quæ ei ex stipulatu debentur.  
 Nam & tum † cognitâ veritate errorem suum in eodem iudicio 42.  
 corrigere ei permissum est absq; † periculo, §. 35. *Instit. de Act. l. 4.* 43.  
*§. fin. ff. de noxal. act.* Quod intelligendum monet † *Dn. Ludwell. ad* 44.  
*d. §. 35.* quoad poenam scil. plus petitionis & amissionem causæ  
 principalis: quandoquidem Actor † impensas, quas Reus ob vi- 45.  
 tiosam petitionem coactus fuit facere, ipsi refundere necesse  
 habeat *l. 79. ff. de iudic.* De quibus omnibus consule *Zaf. Dn. Lud-*  
*well. Rittersb. & Schneid. ad alleggg. §§. 33. 34. & 35.* Præfata plus  
 petentium poena non † observatur de Jure Saxonico, præ- 46.  
 terquam, quod † Rei absolvantur ab instantia & observatione 47.  
 iudicii, ac simul condemnetur actor ad refusionem expensarû,  
 reservato tamen ei jure † denuò agendi post evenientiam diei vel 48.  
 existentiam conditionis, teste juxta *Matth. Coler. p. 2. decis. 265. n. 3.*  
*Dn. Carpzov. p. 1. Const. 3. defin. 12. n. ult.*

### Th. XXVII.

Cæterum Libellus ita interpretari, adju-  
 vari & salvari debet, ut quoad fieri possit, susti-  
 neatur. (a)

(a) Per † text in *l. si quis intentione 66. ff. de iudic. Bart. in l. sed* I.  
*de possessorii 11. §. item si 2. ff. de iurejur. n. 5.* Et ad hoc, ut libellus

G 2

salve-



2. **salvetur**, verba ejus † improprianda *Felin. in c. auditu col. 1. & 2.*  
 3.4. *extr. de prescript. Myns. cent. 4. observ. 5. late † accipienda & in †*  
 favorē Libellantis seu actoris interpretanda sunt, ut ipsius inclu-  
 dant intentionem *l. 2. §. 1. ff. si servit. vind. Panorm. Abb. in cap.*  
 5. *examinata 15. extr. de judic. n. 18. Bart. ad d. l. 11. & Dec. in c. cum super*  
 6.7. *extr. de offic. deleg. n. 12.* Quæ non ita † crudè accipienda: verum  
 quādo libellus nō planè & evidēter est ineptus. Nam si ineptitudo  
 utramq; † faciat paginam in libello (sententia † n. super tali lata,  
 ipso jure, etiam parte non opponente, pro nulla habetur. *d. c.*  
 8. *examinata Gail. 1. obs. 66. n. 1.)* tunc dissentientiū opino & nobis haud  
 immeritò videtur probabilior. Quapropter prædicta † **limitan-**  
 9. **tur** I. nisi libellus in materia & forma adeò obscurus, ineptus  
 gar vngeschickt (puta, † si eo non includatur jus agendi, *Gail. d.*  
 10. *obs. 66. n. 14. vel ineptam causam expressam habeat Rosbach. d. t. 33.*  
 11. *n. 44.)* & incertus sit alioq; laboret vitio; nam † tunc eum non  
 recipi, sed judicem reum ab instantia absolvere & actorem in-  
 expensas condemnare debere verius est; reservato † tamen ei  
 12. jure agendi ex alia causa apta *d. c. examinata in fin. ibiq; Ant. de Butr.*  
*n. 25. Dn. Ludwell. in proc. d. c. 8. Gail. lib. 1. obs. 67. n. 1. & Me-*  
 13. *noch. de presumpt. lib. 2. observ. 40. n. 3.* **Lim. II.** † quod  
 interpretatio tum demum pro actore facienda, Si ambigui-  
 14. tas † in jure non in facto consistat, *Alexand. lib. 1. cons. 121. n. 106.*  
 quo casu factum obscurum † expressam actoris interpreta-  
 tionem & declarationem requirit *l. idem Poponius 5. §. fin. ff. de*  
 15. *rei vind. & l. si quis de pluribus 27. ff. de reb. dub. ibiq; Gloss. III. & ult.*  
 † **limitantur**, non procedere in libello **criminali**, quoniam  
 ibi non attendatur favor actoris *Panormit. Abb. ad d. c. examinata*  
 16.17. *Gail. 1. observ. 66. n. 8.* **Salvatur** † porro libellus, si modò †  
 18. præsumptivè *Felin. in c. dilecti extr. de libell. obl. col. 2.* vel pro †  
 parte saltem aptè concludat, nec utile pro inutile vitietur con-  
 19. tra regulam. *in c. utile de R. J. in 6.* vel etiam † de incertitudine, ob-  
 20. scuritate & generalitate nihil opponatur. Nam his de causis †  
 non vitiat libellus *l. fin. C. de ann. except. Gvid. decis. 222.* **Judex**  
 21. **deniq;** † ex officio libelli vitia supplere & ex deductis acti-  
 22. onem, quænam † melius facto applicanda, elicere potest ac de-  
 bet,



905

bet, ut scil. quoad fieri possit, sustineatur. *Panormit. Abb. in d. c. dilecti Bart. ad d. l. 11. Bald. in l. edita 3. C. de edend. n. 56. Menoch. d. loc. n. 1. Wesemb. in Par. ffor. n. 8. Rosbath. d. t. 33. n. 37. & seqq. Gail. d. obs. 66. n. 7. cum seqq. & Myns. d. obs. 5.*

Th. XXVIII. & ult.

Agmen Thesium nostrarum claudant Finis (a) & effectus. (b)

(a) Qui est † agentis desiderium proponere *l. 1. & 2. ff. de postul. judicem † de specie futuræ litis instruere l. 3. C. de edend. ibiq.* 1.  
*Dd. & d. l. 1. in pr. & deniq; ut sit † fundamentum Judicii We-* 2.  
*semb. in Par. ffor. d. n. 8. & ult. nec non in Par. Cod. eod. tit. n. eod. 8.* 3.  
Quare † rectissimè *Dd.* tenent, libelli oblationem de sub- 4.  
stantia esse ordinarii processus & omitti non posse.  
Imò quicquid † ferè in Judicio agitur, ad ipsum libellum refe- 5.  
rendum est. *Obrecht. d. 17. c. 17. n. 2.* Ut omninò † ineptum sit 6.  
asserere judicium absq; libello subsistere posse. Hinc etiam,  
quæ *in preced. th.* modò dicta sunt, vera † esse & omninò proce- 7.  
dere cum *Umm. d. D. 6. th. fin. n. 80. & Gail. cit. loc.* uno ore faten-  
tur omnes.

(b) Eumq; † varium & multiplicem constituunt *Dd.* 8.  
Volunt enim I. † libelli oblatione rem litigiosam effici; Quâ 9.  
in re tamen † distinguunt nonnulli, ut *Socin. ad d. c. dilecti extr. de*  
*libell. obl. n. 61. Kling. ad c. 1. extr. eod. n. 24. aliq.* Nos † cum *Umm.* 10.  
*D. 5. th. fin. n. pen. & D. seq. 6. th. fin. n. 81.* simpliciter statuimus,  
libelli oblatione rem litigiosam nunquam fieri; II. † præ- 11.  
scriptionem interrumpi, *Obrecht. d. c. 17. n. 18. per text. in l. ult.*  
*C. de ann. except.* quod iterum sub † distinctione admittunt *Socin.* 12.  
*n. 62. & Kling. n. 25. all. locc.* Verum † & hic nobis arridet potius *Umm.* 13.  
*mi* opinio *in d. 8. fin. n. 82.* nimirum † per litis cōtestationem demum 14.  
præscriptionem interrumpi; III. actionem † annalem *h. e.* 15.  
Prætoriam perpetuari *Gloss ad d. c. 1. extr. de libell. obl. l. 1. & 2.* 16.  
*C. de offic. præf. Præt. Affr.* Si † modò ipsi Principi, non alii, ne- 17.  
quidem † præfecto Prætorio *d. l. 1. ibiq; Wesemb. & Gothofr. libel-* 18.  
lus



19. lus oblatus sit, & † is ad eum judicē dederit, *Cyn in d.l.1. vel potius*  
 20. ad illum rescripserit *l. 2. & ibid. Cujac. in Par. IV. moram † in-*  
 21. duci, juxta elegantem † distinctionem *Arumai in tract de mora*  
 22. *c. 5. n. 13. & V. deniq; † ut quæ actor in libello posuit, pro*  
*confessis habeantur; Panormit. Abb. in d.c. examinata n 3. & 4.*  
*& juxta eum Wesemb. in Par. ffor. d. n. 8. Obrecht. d. c. 17. & 15. aliq;*  
*plures. Tantum!*

### AUCTARIUM.

**P**remittendum quidem hîc fuisset unum atq; alterum Corollarium  
 ex Jure Publico utpote omnium præstantissimo desumptum; Verùm  
 cum hodiè præprimis res sit periculi maximè plena, tutius fortasse erit illo  
 Tullii uti: manum de Tabula.

1.  
**Ex Instit.** An bon.fid. Possessor separationē & perceptione omnes omninò  
 fructus irrevocabiler faciat suos? Affirm. de industr. Neg. de  
 natur. extant. 2.  
 An Infames ad Procuratoris officium admittendi? Dist.
3.  
**Ex Digest.** An Parentes, justam dissentiendi causam non habentes, consen-  
 sum suum possint denegare liberis, eorumq; nuptias honestas  
 prohibere? Neg. 4.  
 An quemadmodum Patri ita & Marito impunè occidere liceat  
 adulterum simul cum uxore adultera? Neg.
5.  
**Ex Codic.** An Creditor propriâ autoritate h.e. judice non requisito, debi-  
 tum sive per vim sive etiam per dolum vel aliam quamlibet  
 machinationem aut calliditatem à debitore extorquere possit?  
 Neg. regulariter. 6.  
 An nuda & sola voluntas interior ad crimen Majestatis (*malum*  
*enim sic, quàm: ad Lese Majestatis crimen: loqui cum Magnific.*  
*Dn. Frantzkio Jcto consummatissimo in Exercit. 14. q. 6.) & per con-*  
 sequens ad ipsius pœnam sufficiat? Neg.
7.  
**Ex Novell.** An Comes Palatinus proprios suos liberos legitimare possit?  
 Neg. 8.  
 An rescisso, rupto irritoq; facto testamento Legata, fideicom-  
 missâ, Tutorum dationes & c. adhuc valeant? Affirm. 9.



9.  
An Divisio Dd. vulgata in feudum hereditarium & exacto & providentia textibus Juris feud. conveniens sit? Neg. *Ex Jure feudali.*

10.  
An Feudum in dotem dari possit? Dist.

11.  
An Sponsalibus de presenti clandestinis, vitio clandestinitatis per Parentis consensum tam tacitum quam expressum purgato, alia subsequencia publica sint preferenda? Neg. *Ex Jure Canon.*

12.  
An benedictio Sacerdotalis sit de substantia matrimonii? Neg.

13.  
An uxor in dote illata & probata omnib. aliis Mariti defuncti Creditoribus anteriorem etiam expressam hypothecam habentibus preferatur? Neg. *Ex Jure Saxon. & quidem ex Const. El. Aug.*

14.  
An filii Majorenes separatim habitare incipientes & propriam oconomiam ac rem familiarem instituentes patrie potestati exempti recte censeantur? Affirm.

15.  
An feudo in extraneum alienato, spacio annali juri προληψεως prescribatur? Neg.

16.  
An usufructu per mortem usufructuarii extincto ultimi anni fructus pendentes (industriales scil.) aequè ac reliqui percepti ad ipsius heredes; an verò potius ad Dominum proprietatis aut feudi successorem pertineant? Prius affirm. Post. neg.

17.  
An creditor a constituta sua expressa hypotheca decedere & in alia non hypothecata bona executionem petere possit? Affirm. *Ex Ordin. Proc. Jud.*

18.  
An contra presuntive possessionatum sit Arrestum concedendum? Neg.

19.  
An ultra quincunces usuras aliquid a debitore exigere liceat? Neg. regulariter. *Ex Ordin. Torg.*

20.  
An facta subhastatione & nullo accedente emptore ante Judicalem Taxationem Creditori integrum sit licitari? Affirm.

Τῶ Θεῷ Δόξα.

F I N I S.





## Suo Christiano Nicolai.

**D**um mecum parili frueris potuq; ciboq;  
Jam pridem mensæ portio facta meæ.  
Nescio quî fiat, quod hient tua viscera semper  
Ægra siti noctes, ægra fameq; dies?  
Scilicet haud stomachum sibi MI CHRISTIANE vacantem  
Vellicat ægra fames sollicitatq; sitis.  
Mentis at ingenuæ penetralia sicca perurit  
Sacra fames titulo, dignaq; laude sitis;  
Prodit utramq; LIBELLORUM meletema, quod edis  
Ingenii expromptum de locuplete penu.  
Protinus hoc poterit se dare sitimq; famemq;  
Ac tibi perpetuum conciliare decus.  
Ut lites minuas & pressis jura ministres  
Astrææ stabili junctus amicitia.  
Hoc precor hoc NUNQVAM permotus AMORE PATERNO  
Quo te quoq; tibi prosequor ipse pares.

Johan. Major D.

---

**S**I CHRISTIANE! Tuos suspendo lance Libellos,  
Justâ, quos peperit ingeniosa manus:  
Heluo *librorum* dicendus jure videris,  
Queis de VICTOREM Te vocat almâ Dice.

Clarissimo Viro, J. U. Doctorando præcellentî,  
Amico & Consalinea per dilecto atq;  
observando, gratulabundus

P.

Johan-Tobias Major SS. Theol.  
D. & P.P.

*gratia in vobis*  
*Johan. Major*

*Johan. Major*











1017


ULB Halle 3  
003 007 09X




80











B.I.G.

Farbkarte #13

*879.39*  
*feliciterq, vortat!*

**FURALIS JURIDICA**

**LLO**

**Claglibell.**

*1646/7*  
**ENTE**  
**LANA Jctorum ORDINE,**  
**ENTE**

*7*  
**ssimo atq, Consultissimo**  
**Ungepauer / Jcto**  
**o, Consiliario Sax. gravis-**  
**NARIO venerando, nec non**  
**dfessore dignissimo, Præceptore**  
**no magno, Mœce-**  
**mo,**

**DOCTURÆ GRADUM ejus-**  
**gia & Insignia in UTROq,**  
**iter consequendi,**  
**um Censuræ submitte**

**S NICOLAI**

**ISNICUS**

**Jctorum,**  
**. horis consuetis.**

**I STEINMANNI,**  
**C XLVI.**